" pugnant inter ſe, atque contendunt. " [Orat. pro Archiâ Poëtâ.] Sed neque de nominibus harum certantium civitatum auctores conſentiunt; nam quidam pro Salamine Cumas, alii pro Salamine et Rhodo, Pylum atque Ithacam ſubſtituunt. Vir doctiſſimus Leo Allatius, ipſe Chius, in libro ſingulari de Patriâ Homeri conſcripto, Homerum in celeberrimâ inſulâ Chio natum eſſe contendit, et hanc ſuam opinionem variis teſtimoniis eruditè ſuffulſit. [Gron. Theſaur. Ant. Gr. Vol. x.] Scriptor non inelegans Robertus Wood, qui regiones quaſdam Aſiaticas peregrinans luſtraverat, patriam Homeri credidit vel Chion inſulam, vel Smyrnam, vel ſaltem locum aliquem oræ Aſiaticæ inter Rhodon et Tenedon jacentem; et hoc quidem veriſimillimum reddidit argumentis ex ipſis Homeri carminibus petitis, quæ admodùm difficile foret infirmare. [*Eſſay on the Original Genius* and *Writings of Homer* *, p. 13. 33.] Ex iis autem quæ de Homero nar-

 rantur

* Accedit huic operi—*A Comparative View of the antient and preſent ſtate of the Troade.* Sed viator noſter nihil diſtinctè vidit in Troade: nam, cum ibi totâ viâ erraſſet, omnia in deſcriptione ſua mirè perturbavit; ut videre erit cum eâ conferendo inclytæ iſtius regionis deſcriptionem, quæ auctorem habet Chevalierium, virum ingenioſum, nuper editam Gallicè in Actorum Reg. Societ. Edin. Vol. iii. vel ſeorſum Anglicè, noſtris annotationibus illuſtratam. [Vide parergum ad init. Lib. iii. Virg. Æneid. in Heynii edit. 3tiâ. Lipſ. 1800.] Non tamen, propter hanc in Troade infelicitatem, juſtâ ſuâ laude fraudandus eſt Woodius, quippe qui de ſummi poetæ lectoribus in multis locis, etſi non in omnibus, tentaminis ſupra laudati, optimè meritus ſit.

3. rantur unum eſt de quo nullus omninò dubitationi locus eſſe poſſit, cum nempè egregium fuiſſe peregrinatorem. Ipſe, tanquam ſuus Ulyſſes,

——— multorum providus urbes;
Et mores hominum inſpexit.

Hoc quoque ex carminibus ejus paſſim, et præſertim è parte poſteriore libri ſecundi Iliadis, qui *Catalogus* vulgò vocatur, manifeſtiſſimum eſt. Hæc enim, eâ qua Homerus vixit ætate, à nemine componi potuiſſet, niſi ab illo qui regiones ibi deſcriptas ipſe viſiſſet. Volunt nonnulli eum fuiſſe Ægyptium genere, ex domo illuſtri et regiâ, liberaliſſimis ſtudiis educatum; eumque divitiis omnibuſque copiis inſtructum itinera ſua confeciſſe. Sed hæc opinio nullis idoneis argumentis confirmatur. Veriſimilius videtur, quod affirmant alii, eum ΑΟΙΔΟΝ, ſive *Vatem errantem*, fuiſſe, et varias regiones ſub hac perſonâ peragrâſſe, domos principum aliorumque divitum frequentantem, et omnes ad quos adierit divinis ſuis cantilenis mirè delectantem. [*Blackwell's Enquiry into the Life and Writings of Homer, Sect.* viii.] Fertur præterea Homerum fuiſſe cæcum; et multi credidere eum ſub perſonâ Demodoci, cæci vatis regis Alcinoi, ſemet ipſum adumbratum voluiſſe:

Τὸν πέρι Μοῦσ' ἐφίλησε, δίδου δ' ἀγαθόν τε, κακόν τε,
Ὀφθαλμῶν μὲν ἄμερσε, δίδου δ' ἡδεῖαν ἀοιδήν.
Odyſſ. 9, 63.

Sed et ipſa ejus cæcitas à nonnullis negatur. "Traditum "eſt," inquit Cicero, "Homerum cæcum fuiſſe. At ejus "picturam, non poëſin videmus. Quæ regio, quæ ora, qui "locus Græciæ, quæ ſpecies formaque pugnæ, quæ acies, "quod remigium, qui motus hominum, qui ferarum, non ita "expictus eſt, ut quæ ipſe non viderit, nos ut videremus, "effecerit?" [Tuſcul. Diſp. v. 39.] "Homerum," inquit Velleius Paterculus, "ſi quis cæcum genitum putat, "omnibus ſenſibus orbus eſt." [Lib. i. c. v.] Potuiſſet tamen ille captus eſſe oculis in ſenectute; rem enim tam latè divulgatam omni veritate carere vix veriſimile eſt. Quum, inter varias regiones ad quas iter faciebat, Samum, Athenas et Ion adiiſſet; in Io tandem mortuus fuiſſe ac ſepultus dicitur. Incolæ ejus loci, multos poſt annos, monumentum quoddam in littore ſitum pro Homeri ſepulchro monſtrare ſolebant *.

Duo

* Hodiè aſſervatur Petropoli in hortis Comitis Stroganoff, Sarcophagus marmoreus, variis figuris pulchrè ornatus, qui è mari Ægæo à claſſe Ruſſici,

Duo maxima ſummi Poëtæ opera, quæ ad noſtra tempora pervenere, ſunt Ilias et Odyſſea. In illâ de irâ Achillis, atque adeò de bello Græcorum ad Trojam geſto; in hac de erroribus et peregrinatione Ulyſſis, poſt bellum Trojanum patriam Ithacam repetentis, cecinit. Præter hæc duo poëmata, extant etiam Batrachomyomachia, Hymni et quædam Epigrammata, Homero vulgò adſcripta. Sed utrum hæc ſint carmina genuina ſummi Poëtæ non convenit inter eruditos. 3.

Cæterùm apud antiquos nihil unquàm fuit celebrius Iliade et Odyſſeâ. Maximis principibus et heroibus ſemper fuerunt in deliciis. "Quam multos," inquit Cicero, "ſcriptores rerum ſuarum magnus ille Alexander ſecum habuiſſe dicitur? Atque is tamen, cum in Sigeo ad Achillis tumulum adſtitiſſet, *O fortunate adoleſcens qui tuæ virtutis Homerum præconem inveneris.* Et verè; nam niſi Ilias illa extitiſſet, idem tumulus qui corpus ejus contexerat, nomen etiam obruiſſet." [Pro Archiâ Poët.] Neque veteres magiſtri ullum ſcriptorem, in erudiendâ juventute, priorem potioremve Homero habuerunt. "Igitur," inquit Quinctilianus, "ut Aratus *ab Jove incipiendum* putat, ita nos ritè cœpturi ab Homero videmur. Hic enim (quemadmodum *ex oceano* dicit ipſe *omnium vim fontiumque curſus initium capere*) omnibus eloquentiæ partibus exemplum et ortum dedit." [Inſt. Orator. x. 1.] Atque ſcripta Homeri, diù ante tempora Quinctiliani, juventuti ſolere prælegi ex eo apparet, quod refert Plutarchus de celeberrimo Alcibiade; qui, quum ex pueris exceſſiſſet, adiit quendam ludimagiſtrum; quumque librum aliquem Homeri ab eo petiiſſet, atque ab homine tuliſſet hoc reſponſum, *Se nihil Homeri habere;* eum, colapho impacto, ſtatim reliquit. [In Alcibiad. c. 7.]

Sed inter tot tantaſque laudes quibus Homerus in omni ævo ad cœlum ſublatus fuerit, non mirum eſt eum quoſdam quoque nactum fuiſſe vituperatores. In hoc genere apud veteres palmam omnibus præripuit famoſus Zoilus; qui vixit ſub rege Ptolemæo Philadelpho, et propter convicia, quæ in ſummum poëtam profuderit, cognomen Ὁμηρομάστιγος meruit, regiſque indignationem excitavit. Dicitur tandem violentâ morte periiſſe; illud tantùm malevolentiæ præmium conſequutus,

Ruſſicâ, ante paucos hos annos, illùc adductus erat. Monumentum Homeri dicitur ex inſulâ Io. Hujus notitia nuper vulgata fuit Germanicè, item Anglicè, ſub hoc titulo: *The pretended Tomb of Homer: drawn by Dominic Fiorillo, from a ſketch of M. Chevalier, with illuſtrations and notes by C. G. Heyne.* Lond. 1795. in 4to. pp. 20. cum tabb. æneis.

3. ſequutus, quòd nomen ſuum nobilium apud poſteros ſcriptorum caſtigatoribus legaverit. [Ovid. Rem. Amor. 365.] Fuerunt etiam haud ita pridem apud Gallos nonnulli recentiores Zoili, qui famam quoque Homeri obſcurare conabantur. Sed, eorum operibus in oblivionem jam properantibus, carmina divini Vatis redintegrato ſplendore fulgent.

Verùm hoc argumento diutius forſan immorati ſumus quàm inſtituti noſtri ratio poſtulabat. Sed de Homero loqui orſus quis facilè poteſt filere? Hactenùs proceſſiſſe non tamen pœnitebit, ſi modò juvenilis indè animus Iliadis et Odyſſeæ penitùs cognoſcendæ cupidine incendatur. Quicunque plura ſcire cupit de Homero ejuſque ſcriptis, eum relegamus ad libros quorum plenam enarrationem inveniet in novâ Fabricii Bib. Gr. editione quam procuravit doctiſſimus et diligentiſſimus Harleſius, Vol. i. p. 317, ſqq.

HOMERI EDITIONES PRÆCIPUÆ.

[Omninò abhorreret ab inſtituti noſtri brevitate hîc recenſere vel majorem numerum Homericarum editionum. Ex iis tantùm paucas notabimus; illum qui pleniorem enumerationem deſideret remittentes ad edit. Fab. Bib. Gr. jam indicatam; item ad Harleſ. Introd. in hiſt. L. Gr. p. 25, ſqq.]

1. Homeri Opera (ſcil. Ilias, Odyſſea, Batrachomyomachia, et Hymni) Græcè, recenſita ad MSS. codices et Euſtathii ineditos tunc commentarios, labore et induſtriâ Demetrii Chalcondylæ, &c. *Florentiæ*, 1488. 2 vol. *in fol.* [Quæ eſt Editio princeps.]

2. ——— Græcè. *Venetiis* in ædibus *Aldi*, 1524. 2 vol. *in* 8vo. [Hanc vocat Erneſtius in præf. Aldinam tertiam.]

3. ——— ab Antonio Francino, *Venetiis* apud *Luc. Anton. Juntam*, 1537. 2 tom. *in* 8vo. [Hæc eſt Claſſica editio, cum Venetis codd. collata et caſtigata, ita ut Francinus in epiſt. ad lectores gloriaretur, poëtæ textum neque purgatiorem neque emendatiorem antehac fuiſſe. Hæc eſt editio quam Dorvillius in Vanno criticâ, p. 390, vocat accuratiſſimam: quod judicium Erneſtius in præf. Hom. p. x. de Florentinâ an. 1519, intelligens, haud rectè vituperavit. HARLES.]

4. ——— Ilias et Odyſſea, cum commentariis Euſtathii. Titulus libri eſt: *Εὐσταθίου ἀρχιεπισκόπου Θεσσαλονίκης παρεκβολαὶ εἰς τὴν Ὁμήρου Ιλιάδα,—καὶ εἰς τὴν Οδυσσείαν, μετὰ ὑποφορτάτης*

ὑπερφυτάτῃ καὶ πάνυ ἀφιλήμῃ πίνακι. *Romæ, apud Antonium Bladum*, &c. 1550. IV tom. *in fol.* [Prodiere iterùm, *Baſileæ*, apud *Frobenium*, 1560. Edita ſunt etiam III volumina novæ Euſtathii editionis ab Alexandro Polito, cum verſione Latinâ, notiſque perpetuis, quæ quinque priores libros Iliados tantùm continent. *Florent.* 1730,—33. *in fol.*] 3.

5. Homeri Opera. Extant apud Poëtas Græcos principes heroici carminis, &c. Excudebat *Hen. Stephanus*, anno 1566. *in fol.* [Opus pulcherrimum.]

6. ——— Ilias et Odyſſea, et in eaſdem Scholia, ſive interpretatio, veterum, &c. operâ, ſtudio et impenſis Joſuæ Barnes, S. T. B. &c. *Cantabrigiæ*, 1711. 2 vol. *in 4to.*

7. ——— Ilias et Odyſſea, Gr. Oxon. 1714. 2 vol. *in 8vo.*

8. ——— Ilias, Græcè et Latinè. Annotationes —ſcripſit atque edidit Samuel Clarke, S. T. P. *Londini*, 1729. 2 vol. *in 4to.* [et iterùm, 1754; eadem formâ, typis nitidioribus, ſed minus emendatè.]—Odyſſea, Gr. et Lat. Item Batrachomyomachia, Hymni et Epigrammata, Homero vulgò adſcripta. Edidit, Annotationeſque, ex notis nonnullis MStis a Sam. Clarke, S. T. P. defuncto relictis partim collectas, adjecit Sam. Clarke, S. R. S. *Lond.* 1740. 2 vol. *in 4to.* [Ilias et Odyſſea Clarkiana, præſertim Ilias, ſæpè prodiere in formâ 8vâ, et multos invenerunt lectores. Variæ item editiones textûs et verſionis ſine notis in locis diverſis prodierunt.]

9. ΤΗΣ ΤΟΥ ΟΜΗΡΟΥ ΙΛΙΑΔΟΣ Ο ΤΟΜΟΣ ΠΡΩΤΕΡΟΣ—Ο ΤΟΜΟΣ ΔΕΥΤΕΡΟΣ. *Glaſguæ*, 1756. *in fol.*—ΤΗΣ ΟΜΗΡΟΥ ΟΔΥΣΣΕΙΑΣ Ο ΤΟΜΟΣ ΠΡΟΤΕΡΟΣ—Ο ΤΟΜΟΣ ΔΕΥΤΕΡΟΣ, cui ſubjuncta ſunt reliqua Homero vulgò adſcripta. *Ibid.* 1758. 4 vol. *in fol.* [Opus ſplendidiſſimum atque emendatiſſimum.]

10. Opera omnia, ex recenſione et cum notis Sam. Clarkii. Acceſſit varietas lectionum, &c. cura J. Aug. Erneſti, qui et ſuas notas adſperſit. *Lipſiæ*, 1759. 5 vol. *in 8vo.*

11. Homeri Ilias ad veteris codicis Veneti fidem recenſita. Scholia in eam antiquiſſima, &c.—nunc primum edidit cum aſteriſcis, &c. Jo. Baptiſta Caſpar d'Anſſe de Villoiſon——*Venetiis*, 1788. *in fol.* [Præmiſit editor doctiſſima prolegomena.]

*** Sed hæc hactenùs. Editionem autem omnium longè præſtantiſſimam, ad exemplum Virgilii ſui adornandam, expectamus à manu viri celeberrimi Chr. Gottl. Heyne. In hoc opere eum jampridem occupatum eſſe, ab ipſo viro ornatiſſimo jamdudum accepi.

Interea

3. Interea Studioſæ juventuti plurimùm commendari debet libellus cui titulus: INITIA HOMERICA; ſive Excerpta ex Iliade Homeri; cum locorum omnium Græcâ Metaphraſi ex Codd. Bodleianis et Novi Coll. MSS. &c. Edidit THOMAS BURGESS, A. M. Coll. Corporis Chriſti ſocius. *Oxon.* 1788. pp. 76. *in* 8*vo*. [Magna autem exemplarium penuria novam hujus utiliſſimi libelli editionem nunc flagitat; qua Editor doctiſſimus, de Græcis literis optimè meritus et à me nunquam ſine laude nominandus, Juventutem φιλόμηρον egregiè demereret.]

† ΤΗΣ ΤΟΥ ΌΜΗΡΟΥ ΟΔΥΣΣΕΙΑΣ ΡΑΨΩΔΙΑ, ἃ ΓΡΑΜΜΑ, A.] i. e. HOMERI ODYSSEÆ *Rhapſodiæ, ſive Litera prima.* Ῥαψῳδία, *Contextura carminum* et quaſi *conſarcinatio*. Ego exiſtimo ῥαψῳδίας initio dictas fuiſſe poëmata longiuſcula, et quidem hexametris verſibus ſcripta, quòd multis verſus veluti conſutos haberent: poſtea verò latiorem fuiſſe datam huic verbo ſignificationem; ſic tamen ut de deſcriptione verſuum heroicorum potiùs dictum ſit, et quidem de Homericis etiam interdum peculiariter: unde etiam peculiariter ſinguli ejus Iliadis et Odyſſeæ libri ῥαψῳδίαι apellantur. H. STEPHANUS. Homeri poëmata ex Aſiâ in Græciam primum tranſvexiſſe Lycurgum refert Plutarchus, item Ælianus. In Græciâ diù circumferebantur, non, ut nunc habemus, in duos libros diſpoſita, ſed tanquam cantilenæ quædam disjunctæ.—Libellos iſtos primus ordine diſpoſuit, contexuit et quaſi conſuit, [Ὁμηρῳδοῦντα] Piſiſtratus: "Qui primus Homeri libros, confuſos antea, ſic diſpoſuiſſe dicitur ut nunc habemus." Cicero de Orat. iii. 34. CLARKE. Hoc autem munus colligendi ac diſponendi ſcripta Homerica quidam eidem Cynætho attribuunt, quem auctorem volunt hymni ad Apollinem. [Vide Leon. Allat. de Patr. Hom. c. v. et Villoiſoni Prolegg. ad Hom. edit Ven. p. 35.] Libros autem ſingulos et Iliadis et Odyſſeæ ſingulis literis alphabeti, diu poſt ætatem Homeri, deſignatos eſſe notiſſimum eſt. Verùm ut ſtudioſa juventus faciliùs videat quibus ex locis poëmatis deſumta fuerint ſequentia Excerpta, atque ita eorum relationem ad totum opus intelligat, viſum eſt ut hic exhiberetur brevis

CONSPECTUS TOTIUS ODYSSEÆ.

Poëma initium capit ab invocatione Muſæ et propoſitione univerſæ materiæ; ut poſtea fieri ſolebat, ad exemplum Homeri, in cæteris hujuſmodi carminibus heroicis. Celebraturus ſummus Poëta varios Ulyſſis, poſt captam Trojam, errores, varios

varios casus, variaque discrimina ab eo priùs exantlanda quàm 3.
in patriam Ithacam reditûs diem posset videre, victoriamque reportare de procis uxoris Penelopes, qui regiam ejus infestabant ibique omne genus molestiæ, illo absente, ciebant; narrationem suam non, ut historicus, secundum rerum ordinem aggreditur: sed, primum omnium, heroem suum exhibet detentum, anno jam octavo, in insulâ Ogygiâ à Calypso, postquam illuc tempestate delatus esset. Decreto autem à diis reditu ejus in patriam; Minerva in Ithacam profecta, speciem induta Mentæ Taphiorum ducis, Telemacho Ulyssis filio persuadet, ut adeat Pylum et Spartam, Nestorem et Menelaum de patre sciscitaturus. Interea Mercurius ad Calypso à Jove missus, eam jubet dimittere Ulyssem. Calypso, quanquam invita, Jovis imperio paret. Profectus igitur Ulysses rate quam ipse fabricaverat, à tempestate obruitur, quam immiserat Neptunus ei infestissimus. Naufragium passus, ipse in Scheriam, insulam Phæacum, nudus enatat; ibique, quum, valdè fatigatus, ad dormiendum in sylvâ se recepisset coopertus foliis, postridie, strepitu Nausicaæ, regis Alcinoi filiæ, ejusque virginum, quæ ad flumen propinquum ut vestes lavarent pervenerant, somno experrectus est. Ad regiam Alcinoi deductus, ibi benignè excipitur; conviviisque, ludis, donis, liberaliter tractatur. Interrogatus ut de seipso, deque erroribus suis verba faceret, multa narrat, quæ ipse viderat, quæque passus erat. Loquitur præsertim de Ciconibus, Lotophagis, Polyphemo Cyclope, Æolo, Læstrigonibus, Circe, descensu ad Inferos, Sirenibus, bobus Solis cæsis a sociis suis, tempestate propterea immissâ, quæ illis omnibus exitio erat; quo modo autem ipse solus, fractâ nave, ad Ogygiam Calypsûs insulam evaserat. Aliquandiu apud Phæaces commoratus, Ithacam redire vehementer cupit. Suppeditante navem Alcinoo, in patriam tandem navigat; ibique primùm, Minervæ monitu, adit Eumæum subulcum, à quo de rerum suarum statu, de Penelopes fide, de procorum injuriis et insolentiâ, de Telemachi profectione, atque de patre et matre certior factus est. Interea Telemachus, jussu Minervæ, in patriam redire parat; ipsáque adjutrice, insidias fugit quas ei proci struxissent. Is quoque, monente deâ, eundem Eumæum adit; quem ad Penelopen mittit, ut de reditu suo nunciat. Absente Eumæo, Ulysses se notum facit Telemacho; eumque domum mittit, postquam quid et quomodò acturus esset admonuisset. Ipse Ulysses postea ab Eumæo in urbem atque regiam, pannis obsitus baculoque innixus, deductus, primùm ab Argo cane agnoscitur, post absentiam viginti annorum; à procis autem atque servis suis et ancillis contumeliosè exceptus et multa indigna

passus,

3. paſſus, tandem noctu, poſtquam proci cubitum iviſſent, armis omnibus, auxilio Telemachi, remotis, eos aggredi parat; et cunctos, ſervato Phemio cantore et Medonte præcone, interficit; dum Euryclea, quæ eum inter lavandum è cicatrice agnoverat, ſervique fideles, quibus ſe aperuerat, fores cuſtodiendas curabant. Procis interfectis, ancillis impudicis à Telemacho ſuſpenſis, et ſcelerato caprario Melanthio crudeli ſupplicio affecto, tandem à Penelope agnoſcitur; deinde patri ſuo Laërti ſe notum reddit. Ithacenſes autem, duce Eupithe, patre Antinoi, accenſo propter interfectum inter procos filium, ad arma concurrunt, et cum Ulyſſe ac Telemacho prælium committunt: ſed citò placantur à Minervâ, quæ fœdera inter utroſque facit,—

Μέντορι εἰδομένη, ἠμὲν δέμας, ἠδὲ καὶ αὐδήν.
Mentori aſſimilata, tum corpore, tum etiam voce.

PER totum hoc opus egregium,—hoc alterum Homerici ingenii ac mentis divinioris monumentum, mira atque ſuaviſſima regnat ſimplicitas. In Odyſſeâ quidem ſummus poëta minus ſublimis eſt, minus "afflatus numine jam propiore dei," quàm in Iliade. Quod ſi illa hujus majeſtatem non æquet, exemplis tamen ethicis, ad vitam humanam dirigendam utiliſſimis, multò magis abundat. Ilias quidem exhibet heroum pugnas, deorum rixas, diſcordiam, cædemque ferè perpetuam; Odyſſea verò rerum ſeriem amæniorem, vetus hoſpitium, naturæ ſimplicis imagines, vitæ privatæ ſollicitudines et oblectamenta, atque multa id genus alia, ob oculos ponit. Illa, ut verbis utar Horatii ad Lollium,

Stultorum regum ac populorum continet æſtus:

Hæc autem—

——— *quid virtus et quid ſapientia poſſit,*
Utile propoſuit nobis exemplar Ulyſſem.

Longinus quidem, magni nominis criticus, cenſuiſſe videtur Iliada ingenii palmam Odyſſeæ facilè præripere; quia argumentum ac ſtylus in illâ quàm in hac multò plerumque ſublimior. Undè etiam colligit Poëtam compoſuiſſe Odyſſeam in ſenectute, quando vigor ingenii jam declinaret. [De Subl. § ix.] "E contrario" (ut obſervavit vir doctiſſimus Sam. Clarke F.) "contendit Dna. *Dacier*, in præfatione ad "Odyſſeam, hoc non Poëtæ ingenio deficienti, ſed rei utique "ipſius diverſitati tribuendum; Homerúmque, etiam ſi O-"dyſſeam priorem, Iliadem poſteriorem compoſuiſſet; u-

"tramque

" tramque tamen eandem ac nunc habemus, compoſiturum fu- 3.
" iſſe. Similiter et Duportus; *Par* inquit *in utroque opere*
" *vis et vigor et ſplendor ingenii.* [Præf. in Gnomonologiam
" Homericam.] Ac quamvis fatendum quidem in Iliade,
" cujus materia grandior, ſtylum multo magis ſublimem eſſe
" quàm in Odyſſeâ, ubi materia plerumque tenuior; notan-
" dum tamen et in Odyſſeâ omnia ubique tam aptè et vividè
" depicta eſſe, ut dubitari poſſit annon arti potius quam in-
" genii defectui aſcribenda ſit iſta diverſitas. Homerum enim
" *nemo* (ut rectè obſervavit Quinctilianus, lib. x. cap. 1.) *in*
" *Magnis ſublimitate, in Parvis proprietate ſuperaverit.*"
[Ad ver. 1. Odyſſ.] Operæ pretium erit etiam inſpicere quæ de hac re diſſeruit Popius, in Poſtſcripto ſuo ad Verſionem Anglicam Odyſſeæ.

ARGUMENTUM LIBRI I. ODYSSEÆ.

Deorum concilium ſit de Ulyſſis in Ithacam è Calypſûs inſulâ dimiſſione. Minerva deſcendit ad Telemachum; et, formam induta Mentæ regis Taphiorum, eum in Pylum ad Neſtorem et in Spartam ad Menelaum, ut de patre abſente eos interrogaret, proficiſci hortatur. Dea diſcedens numen ſuum Telemacho admiranti prodit. Mox ille adit procos matris ſuæ, qui ſedent auſcultantes Phemium inclytum cantorem. Ipſa Penelope apparet; cujus adventus pulchrè deſcribitur. Cantorem, qui reditum Græcorum à Trojâ canebat, illa lachrymans reprehendit; ſed, hortante filio, ad cubiculum redit. Proci per ædes tumultuantur, quorum ſtrepitum et audaciam Telemachus reprimere conatur. Illi ſaltatione et cantu ſe oblectant. Tandem dormituri adeunt quiſque ſuam domum. Telemachus quoque lectum in thalamo adit, et totâ nocte ſecum de ſuo itinere reputat.

Ver. 1. Ἀνδρα—ἔννεπε—πολύτροπον.] *Virum—dic—verſutum,*—Epitheton πολύτροπος indicat (non, ut quidam putant virum vexatum et "actum ſatis maria omnia circum," quod, Poëta exprimit per—ὃς μάλα πολλὰ πλάγχθη, ſed) animi, ingeniique verſutiam ac ſolertiam variam, quibus egregiè præditus erat Ulyſſes, et quæ perſonam ejus ubique deſignant. Quum enim pleriſque heroum perſonis, tum in Iliade, tum in Odyſſeâ, communis inſit fortitudinis, vel magnanimitatis, longè ſupra ſortem vulgi mortalium, qualitas, qua lectorum admiratio magnoperè excitetur, in eo tamen elucet Homeri ingenium, quòd eorum unumquemque ita ubique repræſenta-

3. verit, ut eum a cæteris omnibus facilè poſſis diſtinguere: neque ullus eſt poëta dramaticus, ſi Shakeſperium forſan excipias, nedum epicus, qui in hac parte cum Homero conferri poſſit. Quod autem ad Ulyſſem attinet, hunc Poëta prudentem, callidum, verſutum, per varios illos caſus, perque tot diſcrimina quibus conflictatur, modo planè admirando, ubique exhibet; et non ſolùm epitheton πολύτροπον, quo hîc et alibi [vide Odyſſ. α, 330.] utitur; ſed aliæ voces et locutiones, in utroque poëmate paſſim occurrentes, hujuſmodi perſonam egregiam optimè depingunt; e. g. πολύμητις Ὀδυσσεύς, *plenus conſilii Ulyſſes*, [Iliad. α, 138, 311. γ, 200, 216. ψ, 274, &c.—Od. β, 173. δ, 763,—&c.] δολόφρων, πτολεμήτης, *bellicoſus, verſutus*. [Iliad. λ, 482. Od. γ, 163. ε, 168, &c.] πολυμήχανος, *qui multa et bona novit conſilia*. [Iliad. β, 173. δ, 358, &c. Od. α, 205. ι, 203, &c.] πολύτλας δῖος Ὀδυσσεύς, *patiens nobilis Ulyſſes*, ob multa adverſa quæ ſapienter tulit. [Iliad. Ϡ, 97. ι, 672, &c. Od. ε, 171. ϱ, 280, &c.] πολύαινον, *de quo multa ad laudem narrantur*. [Iliad. ι, 679. ϰ, 544. Od. μ. 184. atque Iliad. λ, 430.] Ω Ὀδυσεῦ πολύαινε, δίλον ἄϊ', ἠδὲ πόνοιο *O Ulyſſe laudatiſſime, dolorum inſatiabilis, atque laboris*. τλήμων, *fortis, patiens*. [Iliad. α, 231, 498.] ταλαύφρων, *magnanimus*. Ὀδυσσεῦ ταλαύφρονος—ἀϋτὴ, *Ulyſſis magnanimi clamor*. [Iliad. λ, 466. Od. α, 87, 129. γ, 84, &c.] Dicitur etiam ἀτάλαντος Διὶ μήτις, *æqualis Jovi conſilio*. [Iliad. β, 169, 407, 636. ϰ, 137, &c.] Ab Helenâ dicitur—πολύμητις Ὀδυσσεύς, Ὅς τράφη ἐν δήμῳ Ἰθάκης, περιπευκὲς πᾶς ἰόντας, Εἰδὼς παντοίης τε δόλους καὶ μήδεα πυκνά.—*Solers Ulyſſes, Qui nutritus eſt in populo Ithacæ, aſperæ licet exiſtentis, Sciens omnimodoſque dolos et conſilia prudentia*. [Iliad. γ, 200.] A Diomede autem ſic deſcribitur,—Εἰ μὲν δὴ ἑταῖρόν γε κελεύετέ μ' αὐτὸν ἑλέσθαι, Πῶς ἂν ἔπειτ' Ὀδυσῆος ἐγὼ θείοιο λαθοίμην, Οὗ πρὶ μὲν κραδίη τε θοὸν μένος ἠδὲ καὶ ἰφθὶς ἀγχίνοος Ἐν πᾶσίν τε πόνοισι, φίλει δέ ἑ Παλλὰς Ἀθήνη; Τὼ δ' ἐκπομένω, καὶ ἐκ πυρὸς αἰθομένοιο Ἀμφω νοστήσαιμεν, ἐπεὶ περὶ οἱ νόος ἐσθλὸς. *Si quidem revera ſocium jubetis me ipſum eligere, Quomodo tunc Ulyſſis ego divini oblivi ſci potero, Cujus eximiè quidem propenſum cor, et animus fortis In omnibus laboribus; amatque ipſum Pallas Minerva? Eo certè comitante, etiam ex igne ardenti Ambo redierimus, quoniam eſt admodum peritus conſilii*. [Iliad. κ, 242.] Cæterùm de proprio nomine heroïs hic, in operis exordio, ſuppreſſo, ita Euſtathius:—Σημείωσαι ὅτι σιωπᾷ τὸ τοῦ Ὀδυσσέως ἐξ ἀρχῆς ὄνομα ὁ Ποιητὴς, ἐξαίρων αὐτὸν σεμνοῖς ἐπιθέτοις καὶ ἐγκωμίοις, καὶ ἀναζῶν τὸν ἀκροατήν. *Nota autem quòd ab initio nomen Ulyſſis Poëta reticeat, efferens eum honeſtis epithetis atque encomiis, et allicians auditorem*.

2. Πλάγχθη,] *errare factus eſt, erravit.* Nam verbum πλάζω [f. -αγκω pro -ακω, (Vide Frag. Gram. Gr. p. 26.) undè πλάγχθη, ſine augm. pro ἐπλάγχθη, aor. 1. paſſ.] ſignificat in voce act. *errare facio*, in voce paſſ. *errare fio*, in voce med. *errare facio meipſum, erro.* Et quoniam in multorum verborum quibuſdam temporibus haud multum diſcriminis eſt utrum medium vel paſſivum ſenſum uſurpaveris, idcirco uterque aoriſtus paſſ. nec non perf. et pluſq. paſſ. ſumi ſæpiſſimè videntur in ſenſu medio. [Vide Coll. Gr. Min. ad Anacr. Od. iii. ver. 12, 13.] Verùm ſolenne eſt Homero augmentum omittere, more Ionico. Nam Linguæ Græcæ forma, quâ utebatur ſummus poëta, ea eſt quæ ex dialectis Ionicâ et Æolicâ præcipuè conſtabat; inter quas magna erat affinitas, et quas uſurpâſſe videtur ſine ullo diſcrimine. Has tamen locupletavit aliis interdum vocibus immixtis, quas veriſimile eſt eum peregrinantem collegiſſe; quum tamen illæ differentiæ inter varias Gr. Linguæ dialectos, de quibus nunc loquuntur grammatici, adhuc eſſent ignotæ. [Sed de hoc argumento vide quæ doctiſſimè diſſeruit vir clariſſimus, mihique amiciſſimus, Th. Burgeſs, in annot. ſuâ ad Dawes. Miſc. Crit. p. 397. itemque in præf. ſuâ, p. 17. quibus calculum appoſuit celeberr. Villoiſonus, in Addend. ad ſua prolegom. in Hom. edit. Ven. p. 58.] —ἐπεὶ Τροίης ἱερ. πλολ. ἔπερ. *poſtquam Trojæ ſacram urbem evertiſſet.* Undè Ulyſſes ab Horatio [Epiſt. lib. I. ii, 18.] vocatur *domitor Trojæ;* quia ſcil. plus poteſt, quo maximè pollebat Ulyſſes, conſilium quam vis. Nam uti loquitur idem Horatius. [Carm. lib. iii. Od. iv. 65.] *Vis conſilî expers mole ruit ſuâ.* Cæterùm Troja vocatur *ſacra*, tum quia hoc omnium munitarum urbium commune fuerit epitheton, tum præſertim quod Trojæ mœnia ſtructa dicerentur ab Apolline et Neptuno. [Διὰ τὸ ἐπεπυχῖδαι ὑπὸ θεῶν. *Schol.*] "Vel ſimpliciter ob magnitu-"dinem et nobilitatem. Heſych. ἱερὰ, μεγάλη, ἀγαθή." T. YOUNG.

3. Πολλῶν δ' ἀνθρώπων—] *Qui mores hominum multorum vidit et urbes.* Hor. Art. Poëtic. 141. Vide etiam Epiſt. lib. I, ii, 18.

4. Πολλὰ δ' ὅγ' ἐν πόντῳ—] *—multum ille et terris jactatus et alto.* Æn. i, 3.

5. Ἀρνύμενος ἥν τε ψυχὴν κ. τ. ἑ.] *Anxiè cupiens vitam ſuam ſervare, et reditum ſociorum comparare.* Ἀρνυμαι verb. defect. *ſervare, comparare, perficere cupio; expecto tanquam præmium laboris.*

6. —ἐρύσατο,] *ſervavit.* Ῥύω, *traho, libero, eripio;* in form. med. quæ ſæpiſſimè occurrit apud Hom. *ſervo quod meum*

40. —τίσις ἔσσεται—] *ultio foret*, vel *ultionem fore*—prædiximus ſcil. non *ultio erit*. Vide Vol. I. ad p. 122. n. 6.

41. —ἧς ἱμείρεται αἶαν.] *ſuam deſideraret patriam, cuperet in patriam ſuam redire*. Latuit enim Oreſtes apud Strophium regem Phocidis per complùres annos.

43. —ἄλγεα πάντ' ἀκίτισεν.] *cumulatè omnia luit*.

46. —λίην—ἰωκάσθη—ἀλιτέσσι·] *meritiſſimè pernicie*.

5. 50. —ἐμφαλὸς—θαλάσσης,] *umbilicus maris*. Eodem modo Græcis antiquiſſimis, geographiam minus ſcientibus, Delphi umbilicus terræ eſſe dicebantur. Conf. Eur. Med. 673.

52. Ατλαντος—] Conf. Æn. iv, 247, ſqq. et celeberr. Heyne ad locum. De Atlante vide etiam propriorum nominum lexica. Ejus filia fingitur fuiſſe Calypſo, "inſulam Ogygiam poſſidens, quam Melitam infra Siciliam autumant, qui "rem verè factam Homerum narrare opinantur. Poëta eam "inſulam ſuo more ἰλιοπίζει (in alium locum tranſponit) et in "Atlanticum mare transferre videtur. Hinc fruſtra eſt quærere, cur dicatur hæc inſula media maris? nam eſt in vaſto "Oceano ex fictione poëtæ." DAMM.

55. Τῆ θυγάτης—] *Hunc Phœniſſa tenet Dido, blandiſque moratur Vocibus*—Æn. i, 670.

57—60. —αὐτὰς Οδυσσῆος—] Senſus eſt:—Ulyſſes cupit fumum exilientem videre ſuæ terræ, etſi mortem extemplò ſubiturus; [ut rectè Dio Chryſoſtomus, Orat. xiii. notante Sam. Clarke F.] imago ad commovendos affectus quam aptiſſima! [Conf. Ovid. ex Ponto, Lib. i. Epiſt. iii, 33. et Apul. Apol. i.] —ἐδέ τυ σοί πῃς Ελείσεται φίλον ἦτορ, *neque ſanè tibi commovetur tuum cor*.

62. —τί νύ οἱ τόσον ὠδύσατο,] *quid tandem illi tantùm iraſcaris?* ὀδύσσομαι, *ſuccenſeo*. f. ὀδύσσομαι. aor. 1. ὠδυσάμην, ὠδύσασο, eliſi σ, ὠδύσαο, Atticè contractè ὠδύσω· et ſic vulgò flectitur in grammaticis.

63. —νεφεληγερέτα—] *nubium coactor*, Homericus nominativ. idem ac νεφεληγερέτης. Epitheton eſt Jovis, quia Jupiter eſt aër ſuperior ubi nubes colliguntur et pendent. Cf. Iliad. α, 511, 560. δ, 30, &c.

64. —ἕρκος ὀδόντων—] *Septum dentium*, i. e. τὰ χείλη, *labra*.

66. Ὅς περὶ μὲν νόον ἐσθλὸν ἔχῃσι βροτῶν, &c.] Notandum præp. περὶ in compoſ. ſæpè denotare *eminentiam*, item *abundantiam*. Hìc, per tmeſin, diſtrahitur à ſuis verbis; et conſtructio eſt, Ὅς μὲν περίσσὶ βροτῶν [καὶ] νόον, περιώδησι δὲ ἱερὰ ἀθανάτοισι θεοῖσι, *qui quidem mente ſuperat alios mortales, affatim verò dedit ſacra immortalibus diis*.

69. Κύκλωπος κεχόλωται,—] ſubauditur ὕπνῳ. Angl. *is enraged on account of the Cyclops*. Tempus eſt ſcil. quod ritè vocatur *præſ. perf.* ὄφθαλμῷ ἀλάωσεν [ſine augm. pro ἠλάωσεν,

ab

τὸ ἀλαὸν, *cæcum reddo.*] Angl. *made him blind of his eye, put out his eye.* De Cyclope vide infrà Od. ι.

74. —Ποσειδάων ἐνοσίχθων—] *Neptunus terræ quaſſator.* Ita dicitur quia mare cauſa motuum terræ credebatur.

75. —πλάζω—] *errare facit.* Vide ſuprà ad v. 2.

76. —ἡμεῖς εἰ δὴ περιφραζόμεθα πάλιν Νόστον,] *nos ipſi deliberamus de reditu ipſius.* Φράζω, in voc. med. ſæpe ſign. *delibero.*

79. —ἐριδαινόμεν—] Pro ἐριδαίνειν.

84. —διάκτορον Ἀργειφόντην.] *internuncium Argicidam.* Ita dicitur Mercurius quia nuncius erat deorum, et, jubente Jove, Argum multioculum, quem Juno cuſtodem Iûs deſignâſſet, interfecerat. Quæ Euſtathius aliique commenti ſunt de etymologiâ vocis Ἀργειφόντης ad rem eſſe minimè videntur. 6.

85. Νῆσον ἐς Ὠγυγίην—] Vide ſuprà ad v. 52. ὀτρύνομεν, pro ὀτρύναμεν, *celeriter mittamus.*

90. —κερτομίοισιν] Vide ſuprà ad v. 25.

91. —μνηστῆρσιν ἀπειπέμεν,] Poët. pro μνηστῆρσιν ἀπειπεῖν, *omnibus procis interdicere.*

92. —ἀδινὰ—] neutr. plur. adverbialiter. —ἑλίπεδας ἕλικας βοῦς, *flexipedes camuris cornibus boves.* ἕλιπους, -οδος, ὁ, ἡ Angl. *crooked or bent-footed;* ἕλιξ, -ικος, ὁ, ἡ, Angl. *crankle horned.* ἕλιξ, ἡ, eſt etiam ſubſtantivum, et ſignif. *res torquens ſe.*

94. —ἔνθ' πυ—] *ſicubi.* Cf. Coll. Gr. Min. ad p. 35. n. 2.

95. —μιν κλέος ἐσθλὸν—ἴσχηται.] i. e. ἴσχῃ. *ipſum,* ſcil. Telemachum, *gloria inſignis habeat.*

96. —ὑπὸ ποσσὶν ἑοῖσιν ἐδήσατο—πέδιλα,] Obſerva vim med. voc. [item infrà in ἕλετο] *ligavit ſua talaria,*—τά, *quæ,* pro relativ. vel articul. poſtpoſ. [conf. Vol. I. ad p. 3. n. 4.] ἡμὲν—ἠδ'—*tam—quam.* ὑπερ, ſupple θαλάσσης, uti ἡ γῆ, *terra,* vocatur ξηρὴ. Cf. Il. ω, 339, et infrà Od. ε, 44. item Æn. iv, 239.

98. —ἅμα πνοιῇς ἀνέμοιο·] ἅμα σὺν πνοιαῖς ἀνέμου, *ſimul cum flatibus venti.*

99. —ἀκαχμένον—] *acuminatam.* Ab ἀκὴ, *cuſpis,* venit ἀκάζω, *acuo,* f. -ασω vel -αξω, unde in perf. paſſ. ἀκάσμαι, vel ἄκαχμαι, et in particip. ἠκασμένος, vel ἀκαχμένος, et ſine augm. Ion. ἀκαχμένος.

100. Βριθὺ, μέσσα, &c.] Pulcherrima deſcriptio! δάμενον, Ion. pro δάμεντα.

101. —τοῖσίν περ κοτέσσεται] i. e. οἷς κοτέσσεται, *contra quos irata erit.*

102. Ὃς ἧ κατ' Οὐλύμποιο καρήνων] i. e. ἧ κατοῦθε [ἀπὸ] καρήνων Ολυμπου. conf. Il. α, 44.

103. Στῆ—] Pro ἔστη. *Stetit.* Vide Vol. I. ad p. 3. n. 7.

106. —μνηστῆρας ἀγήνορας·] *procos ſuperbos.* Erant nimirum nobiliſſimi ex circumjacentibus inſulis.

107.

107. Πιστοῖσι—δυσὶν ἔπεσσι,] Vide Athenæum, lib. i, cap. 14. ubi luſus hic procorum particulatim deſcribitur. CLARKE.

7. 114. Ἧσο—τετιημένος ἦτορ,] i. e. κατ' ἦτορ, *mœſtus corde.* τίω, *punio, crucio.* cf. Od. β, 298, &c.

115. Οσσόμενος πανίς' ἰοθλὸν ὑπὸ φρεσὶν,] pulcherrima quidem phantaſia!

116. —σκιδασκε—δόμῳ,] *diſperſionem faceret.*

120. Ξεῖνον δηθὰ θύρῃσιν ἐφεστάμεν·] Ion. pro ξεῖνον δηθὰ θύρῃς ἐφεστάναι, *Hoſpitem diu ad januam ſtare.*

123. —πας' ἄμμι φιλόσται·] i. e. παρ' ἡμῖν φιλῆσῃ, *à nobis amicè excipiêris.* φιλόσομαι, φιλήσεται, eliſo σ, φιλόσται, contractè φιλᾶσῃ. Vide Vol. I. ad p. 9. n. 8.

124. —πασσάμενος·] pro πασάμενος, à πάομαι, *poſſideo*, et ſæpè, apud Homerum, *guſto.* ἐπὶ σε χρεί. *quo opus eſt tibi*, ἔπεσσι, Ion. et poet. pro ὕπνος.

130. —ὑπὸ λῖτα πετάσσας,] i. e. ὑποπετάσσας λῖτα, *tegumento molli ſubſtrato*, λιτὸς, ὴ, ὸν, *tenuis, tenui filo textus.* [cf. Iliad. 9, 441.] Sed λῖτα eſt hîc accuſ. à λίς, quod in hoc ſenſu in uſu eſt tantùm in dat. et accuſ. Λίς, -ιος vel λὶν, λινὸς, ὁ, eſt *leo.* Vid. Il. λ, 239. cf. Il. 9, 441, ubi λῖτα poteſt eſſe accuſ. plur. a λῖτος.

134. —ἀδύσειε,] opt. aor. 1, idem quod ἀδύσαι. [vide Vol. I. ad p. 27. n. 11.] ab ἀδέω, *tædio afficior*, &c. quaſi pro ἀηδέω, ex a priv. et ἥδυς, *ſuavis.* ὑπερφιάλοισι μετελθὼν, i. e. ἰλθὼν μετ' ὑπερφιαλοις, *veniens inter ſuperbos.* Cæterùm ὑπερφίαλος eſt ὁ ὑπὲρ τὴν ἰσχὺν φιάλην ποιῶν, *fœdifragus*; indè *inſolens, ſuperbus.* Vide infrà ad ι, 106.

8. 149. Κοῦροι—ἐπεστέψαντο,] *juvenes coronabant*, i. e. *implebant uſque ad ſummam*, &c. Hinc Virg. *Crateras magnos ſtatuunt et vina coronant.* Æn. i, 724. ubi vide quæ annotavit doctiſſimus Heynius.

150. —ἐξ ἔρον ἵεσθε—] i. e. ἐξίεσθε ἔρον, *exemerant deſiderium* —cf. Il. σ, 469. et quæ ibi protulit acutiſſimus Clarkius.

151. —ἄλλα μεμήλει,] *alia curæ erant.* μεμήλει, per Sync. et ſine augm. pro ἐμεμελήκει.

155. —ἐπεφίλλετο—] *præludebat*, in quo ſenſu ſæpiſſimè ſumitur ἐπαείδεσθαι. Vide Theocr. Idyll. viii, 71, &c.

157. —πευθοίατ'] Ante vocal. aſpir. pro πευθοίατο, et hoc Ion. pro πευθοίντο.

158. —ἦ καὶ μοι μεμετήσεται ὅ,τι κεν εἴπω;] *num etiam mihi* [μεμετήσῃ] *iraſcéris* [ὅ,τι i. e. διὰ ὅ,τι] *ob id quod dixero?* "Interrogationis nota hîc et infrà v. 389, mihi potius omittenda videtur; ἦ interrogativum vix extra Septuaginta et Novum Teſt. occurrit. Locus Platonis ab Hoogeveen allatus Serrano jamdudum diſplicuerat. Facilis autem eſt ellipſis vocum *dicam tamen.*" T. YOUNG.

163,

163, 164. —*ἰδοίατο—ἀρησαίατ'*] Pro *ἰδοίμην*, *ἀρησαίμην*. Vide ſuprà v. 157.

166. —*κακὸν μόρον*,] i. e. *διὰ κακὸν μ.* *malo fato.*

169. —*ἀτρεκέως*] non *verè*, ſed *accuratè*, *particulatim.*

171. —*ἀφίκτο—*] *ἀφίκομην*, *ἀφίκτο*, elifo *ο*, *ἀφίκτο*, Atticè *ἀφίκτο.*

172. —*τίνες ἔμμεναι τυγχάνουσι;*] *quofnam ſe eſſe prædicant?* Vide ſuprà ad v. 25. item Coll. Gr. Min. ad p. 32. n. 17.

184. —*μετὰ χαλκὸν*·] Angl. *in queſt of braſs.* 9

188. —*εἴρεαι—*] *ἔρομαι* vel *εἴρομαι*, *interrogo.* in ſubj. *ἔρωμαι*, *εἴρηται*, elifo *ο*, *εἴρεαι.* pòſt contractè *εἴρῃ.*

192. *Παρτιθεῖ*,] per ſync. pro *παρατιθῆ*. *τιθέω*, idem quod *τιθέμι*, interdum in uſu eſt.

193. —*ἀνὰ γυὸν ἀλωᾶς οἰνοπέδοιο.*] *per fertile ſolum areæ vitibus conſitæ.*

195. —*βλάπτουσι κιλίνδω.*] *impediunt a vid. ἀπὸ κιλίνδω* ſcil.

199. —*ἰρυκανόων*·] *detinent.* Vid. ſuprà ad v. 25.

201. —*καὶ ὡς τελέεσθαι ὀΐω*,] Angl. *and as I think it will turn out*, nam *τελέεσθαι*, idem quod *τελεῖσθαι*, eſt inf. fut. 2. med. vel potius fut. 1. pro *τελεσέεσθαι.* Vide Villoiſoni Animadverſiones ad Longi Paſt. p. 248.

204. —*ἴχνυι*·] Ion. pro *ἴχῃ.*

205. *Φράσσεται*,] Poeticè pro *φράσεται*, Angl. *He will contrive*,—*πολυμήχανος*, vide ſuprà ad. v. 1.

209. —*τοῖον ἰμερόεντα μετὰλλοισι*,] *ad hunc modum nos inviſebamus invicem.*

210. —*ἀναβήμεναι*,] pro *ἀναβῆναι.*

212. *Ἐκ τοῦδ'*,] ſcil. *τοῦ χρόνου.* 10

213. —*πεπνυμένος*] Angl. *diſcreet.* a *πνέω*, *ſpiro*; *πνυέομαι*, apud Hom. *ſapio.* Vide infrà ad 9, 586.

216. —*ὦ γάρ πώ τις ὃν γόνον αὐτὸς ἀνίσχω.*] *nunquam quis ſuam ſtirpem undè ortus ſit, ipſe per ſe cognovit, ſed ex parentibus ſuis audivit,—nunquam quis genituram ſuam ipſe per ſe ſcivit*, nam non cavillatur—Telemachus, quaſi nullus filius certum habeat patrem, ſed matri tantùm de patre credendum eſſet: ſed ſimpliciter loquitur, maximè cum is nunquam patrem ſuum ipſe adhuc vidiſſet, et ex eo de ea re certior fieri nondum potuiſſet. Eſt ergo h. l. *γόνος* abſtractum, loco concreti *πατὴρ.* DAMMII *Lexicon.* Nam vulgaris ſignificatio *τοῦ γόνος* eſt *natus*, *ſoboles.*

217. *Ὡς δὴ ἴσην' ἔφιλον—ἔμμεναι*] *Utinam ſanè ego fuiſſem,*—[Vide inf. ad Eur. Med. ver. 1.] *τεν*, i. e. *τυ*, quod pro *τινος.*

218. —*κλυτίοισιν ἐοῖς ἔπι—*] i. e. *ἐφ' οἷς κλύουσιν*, *in bonorum ſuorum poſſeſſione—κλῆσις -ατος*, *τὸ*, *poſſeſſio.*

222. —*νόσφιν—*] Nulla ex analogiâ produci poteſt media

hujus vocis. Pronuntiabatur fortaſſe hic *πόπομεν*. CLARKE. Vide tamen infrà, ad p. 72. v. 154.

225. —*ἔπλετο;*—] i. e. *ἔπιλετο*, quod quanquam ſit imperf. temp. omninò hic, et alibi ſæpiſſimè apud. Hom. reddendum per *eſt*. [cf. Iliad. *α*, 418. *ϛ*, 480. *ζ*, 434. &c. Od. *ϛ*, 364. *δ*, 441, &c.] *τίπτε ἧ σι χρειώ*; ſcil. *ἐστὶν οἷς σι. quæ neceſſitas urget te?* *χρειὼ* vel *χρειώ*, -*οος*, contr. -*ως*, *ὡ*, vox Ionica idem notans quod *ἡ χρεία*. DAMMII *Lex*.

226. *Εἰλαπίν'*, *ἰὴ γάμε*; —*ἕρανος*—] *Εἰλαπίνη*, *ἡ μεγάλη εὐωχία*, *ἐν ᾗ πατὰ φίλος καὶ συνεροφὰς εὐωχῆσθαι*.—*Ερανος*, *τὸ ἀπὸ συμβολῆς δεῖπνον*. *Schol.* *Ελαπίν'*—rariſſimè elidituir longa vocalis, vel diphthongus *ει*. Vide Morelli Proſod. p. 5.

227. —*ὑπερφιάλως*—] Vide ſuprà ad v. 134.

229. —*ἐρίων*,] Vide ſuprà ad v. 25.

231. —*ἀνείρεται*] Vide ſuprà ad v. 123.

232. *Μίλητον μέν ποτε*, &c.] Conſtructio eſt: *ποτε μὲν δὴ οἶκος ἰμείρετο ἴμμεναι ἀφνειὸς καὶ ἀμύμων*, Angl. *Formerly indeed this houſe uſed to be opulent and flouriſhing*, &c.

234. *Νῦν δ' ἑτέρως ἐκάλεσσε θεοί*,] Angl. *But now the gods otherwiſe ordain*; *μνηστῆρες*, vide ſuprà ad v. 25.

241. —*Ἁρπυιαι ἀνηρέψαντο*·] *Harpyiæ abripuerunt*, proverbium de iis qui nobis ſunt erepti, nec ſcimus qua delati ſint. cf. *ξ*, 371. et *υ*, 77. item Æn. iii, 210, 214. ibique Excurſ. eruditiſſimi Heynii; nec non *The Epigoniad*, eximium poëma epicum Anglicum, prope init.

243. *Κάλλιπεν*·] pro *κατελίπετο*.

II. 246. *Δουλιχίῳ τε*, *Σάμῃ τε*, &c.] *Nemoroſa Zacynthus Dulichiumque Sameque*. Æn. iii, 270. *Δουλιχιόν τε Σάμη τε*, *ἠδ' ὑλήεσσα Ζακύνθος*. Od. *ι*, 24. *ἐν ὑλήεντι Ζακύνθῳ* occurrit et alibi. At *Σάμη* lectum fuit etiam a Virgilio, contra atque Apollodorus volebat ap. Strab. x, p. 453. D. Sanè communius nomen *Samos* etiam apud Homerum, quæ deinceps Cephalenia. *Dulichium* eſt prope Cephaleniam, undè etiam nunc *parva Cephalenia* vel *Teaki* appellatur. cf. *Wheeler* p. 35 ſqq. HEYNE.

247. —*κραναὴν Ἰθάκην*] *Scopulos Ithacæ*, *Laërtia regna*. Æn. iii, 272.

262. *Ἰὼς χρείωθεν*—] non niſi admodum barbarorum populorum mos, in Il. vix occurrit, ſed in Od. *α*, 260. HEYNE, ad Æn. ix, 773.

264—274. —*φιλέοντο*—] Ion. 3. ſing. imperf. ind. pro *ἐφίλει*.—*ὁμιλέοντες*, ſubauditur *ἐσι*. [Vide Vol. I. ad p. 27. n. 11.] —*γινοίατο*— Ion. pro *γινοίτο*.—*Θεῶν ἐν γόνασι κεῖται*· *Ἐν τῇ τῶν Θεῶν ἐξουσίᾳ ἐστί*. *Schol.*—*ἄνωγα*, *jubeo*. Eſt præſ. ſcil. perf.—*ἀπούρας*—pro commun. *ἀπούρῃ*. Vide ſuprà ad v. 123.—*ξυνίει*, contr. pro *ξυνίῃς*, præſ. imperat. verbi *ξυνίω*, id. quod *συνίημι*, *committo*;

committo; item *intelligo, attendo*; ab eodem ξυνίω, in uſu eſt 11.
imperf. ξυνίων, contr. ξυνῶν, et ξυνίον, quaſi a ξυνίω.—ἐμπάζετο, ex ἐμπάζεσο, quod vulgò ἐμπάζευ. Sic ἔρχεο, infrà 281; et ἔρχεο, 284.—πίφραδε, non perf. med. à φράζω, ſed præſ. imperat. à verbo poëtico πίφραδω, *dico, ediſſero*. [cf. Il. ξ, 500. σ, 9. et υ, 340.] —ἄνωχθι. pro ἀνώγθι, ab ἀνώγημι, id. quod ἀνώγω, *jubeo, hortor*.

275. Μητίεται δ',] Schol. legendum conjicit Μήτης δ', ſed nihil opus; nam hujuſmodi ſyntaxis ἀνακολούθῳ ſæpè occurrit apud Homerum. Vid. Il. ζ, 353. γ, 211. ζ, 710. κ, 224. annotante Clarkio.

277. Οἱ δὲ—] Euſtathius de patre, Scholiaſtes de procis explicat: certè ἕδνα propriè à procis vel nuptæ vel nupturæ, vel patri dabantur. [Vide Eurip. Med. 236, et lexica in voce.] Dabantur ſæpius utrinque dona, quæ hinc μέιλια et ἀντιμείλια, indè ἕδνα dicebantur. Vult autem aliquando ἕδνα idem ac μείλια; undè in utroque ſenſu ſponſæ dicebantur ἀνάεδνοι, cum ſecundum varias facultates, corporiſque atque animi dotes vel nihil marito afferebant, vel nihil ab eo accipiebant. Φερναὶ pro donis quibuſlibet ſponſæ datis occurrit apud Eur. Med. 961. Hic autem probabilius videtur procos munera dare pro Penelope juberi, quàm cum eâ accipere. T. YOUNG.

279. —πίθηαι·] ſubj. aor. 2. m. πιθάμαι, πιθέσαι, eliſo υ 12.
πίθησαι, unde contractè πίθῃ.

282. —ὄσσαν—] ὄσσα ἐκ Διὸς eſt fortuitò audita quædam vox, index veri; vel et oraculi et vatis alicujus vox. Sic. Od. ζ, 216. DAMM.

286. Ὅς γὰρ δεύτατος ἦλθεν] Τετίκται ὕστερον ἐπεισῆλθε. EUSTATHIUS.

288. Ἦ τ' ἂν,—] Ἦ τ' ἂν τλαίης ἐνιαυτὸν, Angl. *Thou mighſt ſurely endure even for a year, πῆμ τετυχόμενος, though diſtreſſed.*

291. Σῆμά τέ οἱ χεύσαι,] *Tumulum ei erige, καὶ ἐπὶ κλέος κλεεῖξαι Πολλὰ μάλ', et inſer ei inferias multas.* Hùc ſcil. pertinebat ſepulchri et monumenti honor, ludi funebres, dona mortuo congeſta. DAMM. Cæterùm de hujuſmodi σήμασι, τύμβοις, &c. vide quæ nos notavimus ad *Troadis Deſcript.* auctore *Chevalierio*. [p. 89. Verſion. Angl. in 4to.] χεῦσαι, κλεεῖξαι, ſunt aor. 1. inf. act. ſubauditur ſcil. ἔρυ, vel tale aliquid; uti in φράζεσθαι, ver. 295. et alibi ſæpiſſimè.

297. Νηπιάχῃς ἐχέμεν] τιθέναι ἄφρονα εἶναι. *Schol. puerilia perferre, conſectari.* ἐχέω, eſt propriè *porto, habeo in dorſo.*

298. Ἦ ὑπ ἀϊδηος] Pronuntiabatur ἠὲ ἀΐδης. Vide quæ acutiſſimus Sam. Clarke annotavit ad Il. ε, 349. et ad υ, 188.

304, 305. —ἀσχαλόωσι] vide ſuprà ad v. 25. —ἐμπάζεο, vide ſuprà ad v. 264.

309. —ἐκαγρόμενός τις ὁδοῖο,] *feſtinans de itinere.* ὁδοῖο regitur à τις ſubaudità: præpoſit. exprimitur Il. ψ, 437. ἐκαγρόμενοι τινὶ νίκης. ἐκάγω, *impello*, ἐκαγόμην, in med. *feſtino.*

13. 317, 318. —δόμεναι] pro δῶναι.—Καὶ μάλα καλὸν ἐλόν· *Etiamſi donum pulcherrimum (mihi dandum) ſumas*, σὺ δ' ἄλλον ἕξεις ἀμοιβῆς. *tibi etiam erit (donum aliud) quod permutatione dignum ſit.* T. YOUNG.

320. Ὡς δ' ὅτε ἀνέρπουσα διέπτατο·] *Tanquam avis autem è conſpectu avolavit.* ἄνερπουσα ſumitur adverbialiter; nominat. ſcil. plur. neut. ab ἀνέρπουσις, -α, -ος, quaſi ex α priv et ἔρπουσα, *video.*

323. —ὀτρύνατο] *ſuſpicatus eſt*, aor. 1. med. ſine augm. reduplicato σ ab ὄω, *puto.*

326. Εἶσατ'] pro ἧστο.

340. —πινύσσων·] pro πινύσσουσα. Vide Vol. I. ad p. 99. n. 3.

343. Τοίη γὰρ κεφαλὴ πέλεται, τοῖόν,] *tale enim caput*, i. e. talem virum, *deſidero.* Sic Hor.—*deſiderio tam chari capitis.* L. i. c. 24.

14. 344. —κατ' Ἑλλάδα—] Κατὰ τὴν Θεσσαλίαν, ἀπὸ μιᾶς πόλεως, ὑπάρχει Ἑλλάδες. *Schol.* rectè; nam Homerus nuſquam utitur voce Ἕλλας, pro univerſâ Græciâ, nec Ἕλληνες pro omnibus Græcis.

349. Ἀνδρῶν ἀλφεστῆσιν,] ἀλφεστῆσι, dat. plur. Ion. pro ἀλφηστῆς, ab ἀλφήστης, ου, ὁ, *inventor*, ab ἀλφίω, *invenio.* ἄνδρες ἀλφησταὶ in genere ſunt ἄνθρωποι. DAMM.

352, 353. Ἥτις ἀκουόντεσσι, &c.] *quæ audientibus recentiſſima obverſatur auribus.* Idem. ἀκουόντεσσι, pro ἄκουσαι.—ἐπιτελλόμενον—*ſuſtineat.*

361. —πεπνυμένον—] Vide ſuprà ad v. 213.

373. —ἴθ' ὑμῖν μῦθον ἀπτολογίης ἀτερείσω,] ut *vobis ſermonem ſine curâ* [i. e. audenter] *edicam.* ἀπτολογίης, adv. ab ἀπτολογὴς, *non curans*, quod ex ἀπὸ et ἀλόγω, *curo.*

15. 379. —πεπαλίσθαι ἔργα γένεσθαι,] *facta retributa fieri.*

381. —ὀδὰξ ἐν χείλεσι φύλλα,] i. e. ἐμφύλλα χείλεσιν ὀδάξ, *adhærentes labris mordicùs*, i. e. dentibus, Angl. *making their teeth adhere to their lips*, i. e. *gnawing their lips.* Nam, ut obſervat Dammius, ἐμφῦναι eſt ἄψασθαι γυναικὸς καὶ ἐπτοπλαῖναι τῇ εἶδει ὡς ἂν γένοιτο. Vide Il. α, 513.—ὡς ἔχετο ἐμπεφυῶτα. *Sic tenebat adhæreſcens*, Angl. *thus ſhe held faſt, clinging*; ſermo eſt de Thetide ſuppliciter adhæreſcente genibus Jovis.

383. Ἀλίτροχος—] Inter procos Penelopes admodum conſpicuus. Nobilis erat Ithacenſis, ſuperbus, audax, et imprimis Telemacho infeſtus.

386, 387. Μή σέ γ'—βασιλῆα Κρονίδην Πεποίθοι.] Angl. *O may Jupiter never make thee king*, ἐν ἀμφιάλῳ Ἰθάκῃ, *in the ſea-begirt Ithaca.* Hæc loquitur deridens Telemachum.

391—393. —τετύχθαι;—] *eſſe.* præſ. perf. paſſ. à τίκτομαι.

Οὐ

Οὐ μὲν γὰρ, " refertur iſtud γὰρ ad id quod eleganter retice- 15.
" tur: *Miror te ita dixiſſe:* vel, *Tibi hac in re non aſſen-*
" *tior; non* ENIM, &c." [Vide ad Il. ε, 22.] CLARKE. τι
κακὸν βασιλεύεμεν, *aliquid malum* eſt *regem eſſe:* αὐτὰρ τι οἱ δῶ
Ἀφνειὸν πόλεται, *ſtatimque* ei [i. e. regi, quod βασιλεύεμεν, *regnare, regem eſſe*, indicat.] *domus dives fit.*

394. Ἀλλ' ἄγε βασιλῆες Ἀχαιῶν, &c.] Principes Achæorum juvenes et ſenes, ex quibus poteſt rex eligi: ergo ſoli vos juvenes proci non eſtis iis ad quos ſolos ſpectat regia dignitas, —ineſt præterea his verbis lenis quidam μυκτὴρ in Antinoum. DAMM.

398. —δμῳάων, ἃς μοι λελάσσετο, &c.] *ſervorum quos mihi* (filio et heredi ſuo) *prædando peperit Ulyſſes.* Ergo bellicoſum patrem innuit fuiſſe, qui ſervos ex bellicâ prædâ ceperit. *Idem.*

399. —Εὐρύμαχος—] Nobilis quoque Ithacenſis, unus ex procis Penelopes, mitior aliis ingenio, ſed callidior. Hic blanditur Telemacho decipiendi cauſa. *Idem.*

402. —δόμοισιν οἷσιν] *ædibus tuis;* nam οἷσιν, quod idem eſt ac οἷς, videtur hic poni pro σοῖς.

403. Μὴ γὰρ ὄφ' ἥλιος εἴην—] Angl. *For never may the* *man come,* ὅστις ἀποφθίσει ἑλόμενος σε ἀέκοντα βίηφι, *who ſhall violently deſtroy thy poſſeſſions againſt thy will!* Ubi obſerva, verbum ἀποφθίειν habere duplicem accuſativum; et βίηφι, quod eſt pro βίῃ Ion. pro βίᾳ, hic ſumi adverbialiter.

409. —τοῦδ' ἱκάνει;] *huc venit?* nam τοῦδε ſæpè ſignificat idem ac ἵσλαῦθα, δεῦρο, *hîc, huc.*

410, 411. Οἷον ἀναΐξας ἄφαρ οἴχεται,] *Quam exſurgens ſta-* 16.
tim abit! neque ὃν ὑπόφημι Γενέσθαι: *neque voluerit ut cogno-*
ſceremus, γὰρ ὃ μὲν εἶκτο κακῷ [κατὰ] τὸν ἀεῖ ἐόντα, *non enim vultu*
ſimilis eſt vili homini. γενέσθαι, pro γνῶναι.

414. —αἰγιαλῆς] Hæc vox hic vulgò putatur eſſe dat. pl. Ion. pro αἰγιαλοῖς· ſed quia verbum ἥλθε ſequitur in ſing. num. quod conſtructionem efficit valde duram, mallem Euſtathio adſtipulare, qui legendum proponit αἰγιαλοῦ in gen. ſing. adeo ut regatur ab ὑπὸ ſubintellectâ. Nam quod a Sam. Clarke F. obſervatur, verbum ſcil. πείθομαι cum *Genitivo* conſtructum apud poëtam nuſquam occurri, id quidem minimè ad rem eſſe videtur. Nam πείθομαι, in voce paſſivâ, ſignificans *perſuadeor*, neceſſariò habet poſt ſe gen. cum præp. ὑπό. Sed πείθομαι, in voce med. ſignificans *pareo, obtempero, obedio*, &c. habet poſt ſe dativum.

433. —ὔποτ'—] *nunquam*, cum eâ, ſcil.

441. Βῆ ῥ' ἴμεν—] Vel βῆ ῥ' ἴτην, vel βῆ δ' ἴτην, locutio frequens apud Homerum, *gradiebatur ire, perrexit ire.* [cf. Il. ε, 199.

ϑ, 199, & 209. ε, 167. ϑ, 220, &c.] sic etiam βάτε' ἴθι, *vade, age.* Il. β, 8.

442. —ἐπὶ ᾗ κληῖδ' ἐτάνυσσεν ἰμάντι.] Constructio est: ἐτανύσσατο δὲ κλ. ἰμάντι. *pessulumque obtendit loro.*

17. 443. —οἷος ἀάτῃ,] *ovis floridâ lanâ.* ἀάτη vel -ον, *flos, præstantissimum cujusvis rei.*

444. —πίφαυσκε] Vide suprà ad v. 273.

---

* Ἐκ τῆς ΟΜΗΡΟΥ ΟΔΥΣΣΕΙΑΣ Ε.] *Ex* HOMERI ODYSS. LIB. V, 43—269. Jupiter Mercurium mittit ad Calypsonem ut eam jubeat dimittere Ulyssem. Calypso ægrè paret imperio Jovis; et Ulyssi materiem et instrumenta ad ratem fabricandam subministrat. Ulysses, rate fabricatâ, ab insulâ Calypsûs solvit.

43. —διάκτορος—] Vide suprà ad α, 84.

44. Αὐτὰρ ἔπειτα—] Conf. suprà α, 96; et Æn. iv, 238. *Dixerat*, &c.

47. Εἵλετο δ' ῥάβδον,—] *Tum virgam capit*, &c. Æn. iv, 242. Conf. Statii Thebaid. i, 306. Hor. Carm. L. i. Od. x, 17.

48. —ὑπνώοντας—] *dormientes*, pro ὑπνίοντας, ab ὑπνίω, *dormio.*

50. Πιερίην—] Πιερία, ὄρος Μακεδονίας ἱερὸν Μουσῶν. *Schol.*

51. —λάρῳ ἐϊκυῖα ἰοειδέϊ,] Τὸν ἐρωδιὸν, ὃ τὸ σῆμα. Λάρος δὲ, ὄρνιον θαλάσσιον. *Schol.* Angl. *a gull*; or, *sea-mew.* Vide Æn. iv, 254.

54. Τῷ—] i. e. τούτῳ· λάρῳ scil.

56. —πόλῃ—ἰοειδέϊ,] ἰοειδὴς, -ὲς, ὁ, ἡ. *nigricans*, ὁ μέλας, ὁ ἄνθος ἴος (*floris violæ*) οἷός ἴσχει, *speciem et formam habens.* DAMM.

59. —ἐπ' ἐσχαρόφιν—] *ad focum.* ἐσχαρόφιν, Poëticè pro ἐσχάρᾳ.

60. —σπιδέεσσι,] σπιδέστος, -ης, ὁ, ἡ. *quod facilè findiur*; ex σύ et σχίζω, *findo.* Σύα, ἡ· vel, ut hìc, Σίον τὸ. *thya arbor.* "Est δενδρεον σπιδὲς," inquit Dammius, "maximè si ligna ejus "uruntur."

62. Ἰστὸν ἐποιχομένην,] Angl. *plying the loom.* Vide Il. α, 31.

63. Ὕλη δ' ὀπίης—] Ordo est: Ὕλη δ' τηλεθόωσα περίσσευε ἀμφὶ ὀπίης, *Sylva autem virescens circumcreverat specum.* τηλεθάω, verbum poëticum, idem quod θάλλω. præs. part. τηλεθάων, contractè τηλεθῶν, undè Homericum τηλεθόων, reduplicato scil. dimidio τῦ ω, quod est ὁμικρὸν.

18. 66. —ἴρηξίς—] Ἰκτῖνας ψιλοπτέρους. Κορώνας δ' ἑτέρους, καὶ τοὺς Παλαιοὺς, οἱ αἰθυίας. EUSTATHIUS. Angl. *cormorants.*

69. Ἡμερὶς ἡβώωσα,] *Vitis pubescens.* Angl. *a young luxuriant*

τιλαι vine. " *On arriva à la porte de la grotte de Calypſo,*— 18.
" *elle étoit tapiſſée d'une jeune vigne, qui étendoit également*
" *ſes branches ſouples de tous côtés.* " *Les Aventures de Telémaque, par Fenelon, Liv.* i. Αμπελος, οἷς διατολλὴν τῆς αἰγιά-λ⊕. *Schol.* ἴδω, verbum poëticum, idem quod ἴδω. τεθήλα. pluſquamperf. med. verbi θάλλω, *floreo, vireo.* τεθήλα quod eſt præſ. perf. ſignif. Angl. *I flouriſh*, vel *I am become luxuriant*, ἐτεθήλειν, vel Ionicè τεθήλεον, in pluſq. *I flouriſhed.* Vide notas S. Clarke ad Iliada, paſſim; et *Origin and Progreſs of Language*, vol. ii. Vide etiam horum Coll. Vol. I. p. 151. n. 4.

74. Θυίσατο—] Pro θυιάμαι dicunt interdum Iones θυίομαι, f. θυίσομαι. Sic v. 75. θυεῖτε, pro ἐθύετο. item v. 76.

84. —διενίσσετο,] More Ionico, pro ἐδίεττο, imperf. a δέρκω, vel δερκέομαι, *aſpicio.*

86. —σιγαλόεντι·] σιγαλόεις vulgò redditur *admirabilis, admirandus; cum admiratione et ſilentio ſpectatus;* quaſi à σιγὴ, *ſilentium.* Vir doctiſſimus Joannes Taylor, in Lection. Lyſiac. 703. legendum conjicit hîc et alibi paſſim apud Homerum, (ope Æolicæ literæ F, quam *Digamma* vocant,) σιϜαλοϜεις. " Vexatiſſima, " inquit, " iſta ῥίγια vel ἠνία, εἵματα. " ἕαματα ΣΙΓΑΛΟΕΝΤΑ, quæ paſſim apud Homerum le-" guntur, emendari jubeo ſemper σιϜαλοϜεῖα. Qui a σιγὴ " deducunt, vel potius cogunt, operam ludunt. Σιαλᾶσαι " apud Heſychium eſt ποικίλαι. Rectè igitur Σιγαλόεν (cor-" ruptè Γ pro F exponitur ab eodem ποικίλον τῇ γραφῇ, λαμ-" πρὸν, &c. Σιγαλόεντα. λαμπρὰ, ποικίλα, ἢ τὰ ἕαματα. " Cæterùm de *Digamma* Æolico, deque ejus uſu multiplici, vide *Foſter on Accent and Quantity*, p. 122. Dawes Miſcell. Crit. Edit. Burgeſs, p. 113. et quæ ibi annotavit editor doctiſſimus, p. 336. cæteróſque de hac materiâ ſcriptores ab eo indicatos.

87. —Ἑρμείαν χρυσόῤῥαπιν,] *Mercuri auratâ virgâ.* Ἑρμείας, vel Ἑρμείας, vel contractè Ἑρμῆς. *Mercurius.* εἰλίλυθας, Poëticè pro ἐλήλυθας, vel ἦλυθας. Sic Iliad α, 202. et alibi.

88. —πάρος γέ μιν ὅτι θαμίζοις.] Quum πάρος, *antea*, cum tempore præterito conjungi poſtulet, Barneſius hîc legendum proponit θάμιζες, in imperfecto, ſine augm. pro ἐθάμιζες, ut ſenſus ſit, *antea quidem neutiquam frequens hic adeſſe ſolebas;* quod non improbat Sam. Clarke F. Sed nihil mutatione opus eſt; nam alibi Homerus hoc adverbium cum tempore præſenti conjungit; tumque reddi poſſit, *alias.* Sic, [Iliad. α, 553.] Καὶ λίην σε πάρος γ' ὀτ' ἐέρομαι, ὅττι μεταλλᾷς. *Et omninò te alias neque interrogo neque perſcrutor.* Juno ſcil. alloquitur Jovem. [Od. ϑ, 36.] —ὅσοι πάρος εἰσὶν ἄριστοι. *quicunque*

quicunque alias sunt præstantissimi. Et hîc,—*alias quidem tu non frequens ades* hîc. Vide Iliad. *o*, 386, 425.

90. —εἰ τετιλεσμένοι ἐστίν.] ἀ φύσιν ἴσχει τῦ δύνασθαι τελεσθῆναι. ἃ δυνατόν ἐστι γενέσθαι. *Schol.*

93. —πίρασσον—] Pro ἐπίρασον, à πειράσσω.

94. —ἔδεν] *comedebat*; ab ἔδω, quod idem est cum ἐδίω.

95. —ἤρατο—] pro ἦρε, *refecerat*; non à præterito med. ἤρατο, sed ab aoristo ἤραρον. CLARKE, ad Iliad. *β*, 110.

19. 103. —Διὸς—αἰγιόχοιο] *Ægidem habentis Jovis.* Sunt qui vertunt, *à caprâ nutriti.* Vera autem prior interpretatio. *Idem*, ad *α*, 202.

108. —Ἀθηναίην ἀλίτοντο,] *peccârunt graviter in Minervam.* [ἀλίτω, in aor. 2. m. ἠλίτομην.] Cf. Æn. i, 39. *Pallasne exurere classem*, &c. et quæ ibi annotavit celeberr. Heynius.

110. —ἀπόφθιτοι] *perierunt.* ἀποφθίω, est Ionicè pro ἀποφθίνομαι, *pereo.*

111. πελάσσαν.] *appropinquare fecit, appulit.* Scriptum est cum duplice *σ*, quia fut. et aor. 1. πελάσω, penult. corripiunt.

118. —ζηλήμονες] Angl. *jealous.* à ζηλέω, f. ήσω. Scribitur et, teste Eustathio, δηλήμονες, ὅ ἐστι βλαπτικοί. Sed hoc frigidum.

119, 120. —ἀγάασθε,] *invidetis.* Occurrit ἀγάω tantùm in formâ med. ἀγάασθε, contractè ἀγᾶσθε, et duplicato *α*, ἀγάασθε, more Homerico. Sic infrà, 122. ἠγάασθε in imperf. πεπίθετ', i. e. πεποίηται.

123, 124. Ἔως μὲν] Pronuntiabatur ἕως μεν. CLARKE. Ὀρτυγίῃ, τῇ Δήλῳ· νῆσος δὲ ἡ Δῆλος ἐστὶν ἀνὰ μέσον τῶν Κυκλάδων. *Schol.* [Vide Coll. Gr. Min. ad p. 46. n. 2.] —Ἀρτέμιδος ἰόεν, Hor. Carm. Lib. iii. Od. iv. *Et integræ Tentator Orion Dianæ, Virgineâ domitus sagittâ*, κατεσφάνθη. à perf. med. verbi φένω, *occido*, oritur novum verbum σφένω, per sync. σφέω, undè in imperf. ἐσφέοντο.

125, 127. Ὡς δ' ὁτὲ' Ἰασίωνι—] Δημήτερ μὲν Πλοῦτον ἐγείνατο, δῖα θεάων, Ἰασίῳ Ἥρωϊ μιγεῖσ' ἐρατῇ φιλότητι. Hesiod. Theogon. 969.—Ὦ θυμῷ εἴξασα, *suo animo obsecuta.*—Νειῷ ἐν τριπόλῳ· Angl. *in a thrice tilled fallow.* Cæterùm apud Jasionem, post diluvium, inventa sunt semina frugum. Undè Ceres eum adamâsse dicitur.

129. —ἄγασθε,] *invidetis*; ab ἀγάομαι. Aliter ἀγᾶσθε, quod contr. pro ἀγάεσθαι. Vide suprà ad v. 119.

130. —περὶ τρίτιος βεβαῶτα—] Angl. *riding on his keel.* Ab obsoleto βάω, venit in perf. med. βέβαα, in particip. βεβαώς, in gen. βεβαότος, et βεβᾶτος. Vide Sam. Clarke, ad Il. *γ*, 46. etiam Fragm. Gram. Gr. p. 18.

20. 132. —ἕλτας—] Per sync. pro ἕλατας. Ita vulgò; sed amicus meus doctissimus Tho. Burgess, Ελται inquit (quod Grammatici

Grammatici contractum esse aiunt ab ἴλαασι) idem esse putem ac ἄλλα, sed antiquioris formæ. Ab ἴλω sive ἴλλω, ἴλσω, ἴλσασι, ut à πίλλω, πίλσασι, &c. Index iv, ad Dawes. Misc. Crit. κεάζω, *findo*, f. κεάσω; et apud Hom. κεάσσω, ut sit penultima longa. Vide suprà ad v. 111. 20.

133. Ἐπ' ἄλλοι—] Hi duo versus, qui rem jam satis notam ex superioribus exprimunt, meritò suspecti sunt Ernestio; nec sunt in Comment. Eustathii.

139. Ἔρρετω,] Angl. *Let him begone;* Ulysses scil. Mirum hoc cuiquam unquam ambiguum fuisse; uti Scholiastæ apud Barnesium.

140. —πέμψω δέ μιν—] Non: *dimittam ipsum nusquam ego:* Immò dimissura erat: sed, *nusquam eum deducere—prosequi potero*, ut mox, et alibi. ERNESTI.

144. —ἀσπαδίης—] ἀ-σπαδίης. Idem ferè sensus atque sonus vocis Gothicæ *scaibe*. T. YOUNG. Eadem vox benè nota apud Scotos.

150. Ἴα] i. e. ἴα, *ibat*. Ab ἴω, et εἶμι, pro quo εἴμι, *eo, vado;* est imperf. in usu apud Hom. ἴον, -ες, -ε· et perf. med. ἶσο, -σας, -σε· quæ formæ sæpissimè occurrunt.

152. Δακρυόφιν τέρσετο· *A lachrymis siccabantur.* δακρύοφιν, i. e. ἀπὸ δακρύων. κατέβρεχτο γὰρ γλουτὸς αἰεὶ—Ἐν δάκρυσιν ἦν αὐτῷ ὁ τῦ βάτ χρόνος ἢ κατετήκετο. *Schol.*

154. —ἰαίνεσκε—] Ionicè pro ἰαίνε, ab ἰαίνω, *respiro, dormio:* sic paulò infrà διεμήσατο pro διέμητο.

163, 164. —ἀτὰρ ἴκρια πύκνα—] Angl. *but make a close-compacted deck*—τὰ ἴκρια sunt *tabulata quibus navis contegitur supernè;* πύκνα propriè significat *compinge tibimet ipsi*, vel *tuo commodo;* ut planè indicat vox med. [Vide Vol. I. ad p. 37. n. 6.] ἠεροειδέα πόντον, *obscurum pontum.* Notandum: ἀὴρ, ἀέρος, ὁ, *aër:* sed ἀὴρ, vel Ion. ἠὴρ, -ερος, ἡ, [undè ἠεροειδὴς,] *caligo, nebula.*

171. —πολύτλας—] Vide suprà ad α, 1. 21.

174. —πίλνασι—] Iambus est. Eadem synalæpha sæpè occurrit. Sic infrà p. 22. v. 215. Θεὰ, p. 23. v. 231. ἰξύϊ, quod potius sine diæresi scribendum, p. 37. v. 283. Νέα, p. 39. v. 347. πρίν. T. YOUNG. Idem sæpe notatum à Sam. Clarke. Vide ad Iliad. α, 18. β, 268. &c.

175. —νῆες ἴσαι] sunt *naves utrinque æquales*, vel *æquales sibi ab utroque latere*, atque ita ad navigandum aptissimæ. Sic Schol. ἴσαι καὶ τὰς τοίχας. De—πειρέσι, vide suprà ad α, 25.

181. Χερὶ τέ μιν καταπρηΰνει,] Angl. *and she stroked him with her hand.* Idem versus sæpè occurrit apud Homerum. καταπρηΰνω, *blandè mulceo.* Vide Il. α, 361. Od. δ, 610, &c.

182. Ἡ δὴ ἀλιτρός γ' ἐσσι,] Τὸ—ἀλιτρὸς ἐστι, ἢ ὁκ ἀποφάλια

εἰδὼς, ἀλλὰ τῷ ἅλιτος ἢ ἐκ ἄκρας τὸ ἁλιεὺς, ἢ ταῦτα μὲν ἀκριβέστερον ἴσμεν· ἀκριφόλιος γὰρ ὁ ἀκριβέστερος ἢ ἀδιάβλητος. EUSTATH.

183, 184. —ἐπιφρά̈σῃς ἀγορεῦσαι;] *induxiſti in animum proloqui?* φράζω, *dico.* φράζομαι, in voce med. *delibero.* ἐπιφράζομαι, *cogito, molior, induco in animum;* ἐπιφράσῃς, aor. 1. paſſ. in ſenſu med. [Vide ſuprà ad α, 2. item Vol. I. ad p. 7. n. 10.] Ἰσω νῦν τοῦδε Γαῖα—Conf. Æn. xii, 176. *Eſto nunc Sol teſtis,* &c. Ibid. 181, 197, 816. ix, 104. x, 113. vi, 323.

195. —κάθιζεν] *reſedit;* ſubaudito ſcil. pron. recipr. nam ἕζω, vel κάθιζω, eſt *ſedere facio.* ἕζεν paulò infrà, *ſedit.* Vide Vol. I. ad p. 3. n. 7.

22. 205. —σὺ δ' χαῖρε ἢ ἴφθιμε.] Τὸ ἴφθιμε, ὁ ἢ ἴφθιμα λόγοτας, ἐν τούτῳ τῷ τόπῳ ὅμως σημαίνει. *Schol.* Quæ ſi vera ſit interpretatio, ſententia erit; *Quamvis diſcedere et me linquere paras, opto tibi nihilominùs omnia benè cedant.* CLARKE F.

209. —ἱμερόεντές περ—] *quantumvis cupidus—*

224. —μετὰ ἢ τοῦτ τοῖσι γενέσθω.] Ordo eſt: ἢ τοῦτ γενέσθω μετὰ τοῖσι. Angl. *let this diſaſter happen among the reſt.*

228. Ἠμος δ' ἠριγένεια, &c.] Ἠμος, *quando, cùm;* conj. poëtica, cui reſpondet, τῆμος *tum, tunc.* ἠριγένεια, epith. Auroræ; eſt ex ἦρ, ἦρος τὸ, *tempus matutinum, lux matutina;* et γενέσθαι· et ſign. vel *tempore matutino nata,* vel *lucem matutinam gignens.* Occurrit hic verſ. Il. α, 477. et alibi apud Hom. ῥοδοδάκτυλος, *roſea-digitos;* epith. laudatiſſimum Ariſtoteli. Virg. paſſim imitatus eſt verſum hunçce pulcherrimum. Vide Sam. Clarke ad Il. α, 477.

23. 244. Εἴκοσι δ' ἴκελοι πάσῃ,] δένδρεα ſcil. *viginti arbores ipſas dejecit.* Angl. *He felled full twenty trees.* "De fabricâ "navis Ulyſſeæ et navigatione lege Cl. Riccii Diſp. Homer. "xlix." ERNESTI. Conf. Popii annotationem ad v. 311. lib. v. ſuæ Verſionis.

246. —ἴνεικε τέρετρα—] Angl. *brought wimbles,—*

248. Γόμφοισιν—ἢ ἁρμονίῃσιν—] Angl. *with large nails and ſeams;* ἄρσεν, *aptavit,* pro ἦρσεν, vel ἄρε, aor. 2. verbi ἄρω, *apto.*

249. Ὅσσον τίς τ' ἴδμῃφι—] *Quantumque quis faciet ventrem imum navis onerariæ capacis benè peritus fabrilis artis vir, in tantum latam ratem confecit Ulyſſes.* ἴδμῃφι νηὸς, Angl. *the hold of a ſhip.*

252. Ἰκρια δ' ἔστησε,] Vide ſuprà ad v. 163.

253—255. —ἀτὰρ μακρῆσιν ἐπηγκενίδεσσι τελεύτα.] *cæterùm longis aſſeribus perficiebat.* ἐπηγκενίς, ίδος, ἡ, [unde ἐπηγκενίδεσσι, dat. pl. Poëticè pro ἐπηγκένισι,] eſſe videtur id quod vocant Angl. *the gunnel.* Ἐπηγκενίδες, inquit Euſtathius, σανίδες ἐκ πρώρας ἐις πρύμναν τεταμέναι ἢ ἐκτυπησμέναι.—ἰκρίωμα, *antenna;* πηδάλιον, *gubernaculum.*

256, 257. Φράξε δὲ μιν ῥίπεσσι—] Angl. *He fenced her with*

a border of wicker-work all around. εἰρυῖσι, dat. pl. Ion. pro εἰρυΐαις, ab εἰρυΐος, ᾱ, ον. *Salignus, ex ſalice.* Th. εἰρία, *ſalix.* Κύματος ἄλαδε ἴμεν· [i. e. ἴσαι] Angl. *to ward off the waves.* πολλὴν ἐπεχείατο ὕλην· *he ſtowed in her abundance of ballaſt.*

260. —ὑπέρας] Ὑπέραι ſunt funes, quibus antennæ ad malum adligantur; vel, ut Cæſar loquitur B. G. iii, 14. deſtinantur. ERNESTI. κάλως, Τὰ σχοινία, δι' ὧν ἀνάγονται καὶ κατάγονται αἱ κεραίαι. *Schol.* Πόδες ſunt funes quibus anguli extremi velorum puppim verſus ducuntur. ERNESTI. Ὑπέρα, Angl. *the rope at the upper extremity of the ſail;* ὁ πούς, *the rope at the lower extremity:* illa ſcil. extendit ſurſùm à cornu antennæ obliquè ad malum; hic deorſùm ab angulo veli ad latus navis puppim verſus.

262. —τῷ τετέλεσται—] *ei* [i. e. *ab eo*] *finita ſunt*—

266. —ἧια] —*vel.* τὰ. *viatica.* Hic pronuntiatur ἧα, uti notavit Barneſius et Clarkius F. 24.

---

* ΕΚ ΤΗΣ ΟΜΗΡΟΥ ΟΔΥΣΣΕΙΑΣ Θ.] *Ex* HOMERI ODYSS. LIB. VIII, 24—71. 485—563. 572—586. Alcinous Phæacum rex, ignoto hoſpiti ſuo amiciſſimus, de ejus deductione concionatur. Juſſu regis, nautæ navem in profundum deducunt. Interea inſtruitur convivium; introducitur Demodocus cantor amabilis; epulantur. Rogatu Ulyſſis, Demodocus *Equum ligneum* canit; et, mentione inductâ ipſius Ulyſſis, lachrymæ heroi oboriuntur. Quibus obſervatis Alcinous cantilenæ finem imponit, atque Ulyſſem interrogat quiſnam et unde gentium ſit.

24. Αὐτὰρ ἐπεὶ ῥ' ἵκανεν, —] *Cæterùm poſtquam convenerant,* —ῥ' *ut dictum eſt ſuprà.* CLARKE F. [ἵκανεν, pro ἱκάνοιεν, ut ſæpiſſimè:] Phæaces ſcil. in cujus inſulam, poſt tempeſtatem à Neptuno ei immiſſam, Ulyſſes, relictâ Calypſo, vix tandem pervenerat.

30. Πομπὴν δ' ἐπέρνα, —] Angl. *He implores a ſafe conduct; and begs that his requeſt may be ratified.*

35. Πεντήκοντα] Angl. *of firſt rate ſpeed.* —κώπῃ ἧ δύω, ἧ πεντήκοντα, i. e. ſecundum Sam. Clarke, [ad Il. ι, 182.] κώπῃ δύω, ἧ κώπαι πεντήκοντα. et κώπῃ δύω κεκριθέντε, ἧ κώπαι πεντήκοντα κεκριθέντων, Angl. *let two and fifty youths ſet themſelves apart,* ἔνθα ἄριστοι πάρος, *who on other occaſions diſtinguiſh themſelves.* [De πάρος cum præſ. temp. vide ſuprà ad ι, 88.] Cæterùm eorum opinionem, qui putant optimos Scriptores Græcos duali numero pro plurali interdum uſurpâſſe, vide eundem virum doctiſſimum Sam. Clarkium more ſuo, i. e. acutiſſimè, refellentem, ubi ſuprà, [item ad Iliad. α, 566.

24. β, 288.] et alibi paſſim. Contra Clarkium tamen affirmat Erneſtius [ad Il. α, 566.] exempla ita perſpicua eſſe, ut nullo modo eludi poſſint. Verùm unum tantùm protulit è ſcriptis Homeri, ex Iliad. ſcil. δ, 452. ποτηται—ορωδιάλεκτον· —infeliciter! Nam ſermo eſt ibi de *duobus* fluminibus. Duo quidem alia citavit, alterum ex Arato v. 1004, [rectius 1025.] βοῶπις κολοιοί· alterum è poëmate περὶ λίθων, Orpheo, vulgò ſed falſò, adſcripto, v. 77. ubi φωγίτης ponitur pro φώγων vel ἰφώγων· ad quem locum ita annotavit vir eruditiſſimus Geſnerus, Erneſtii amicus: "Hîc quidem apertè dualis numerus pro "plurali ponitur, quod cupidè nimis negâſſe Clarkium ab "Homero fieri, pulchrè, jam monuit vir ſummus Erneſtius, "qui ad Il. α, 566. et hoc loco Orphico et Homeri ipſius "pluribus prolatis oſtendit, omninò etiam duali uſos eſſe, ubi "de pluribus ageretur." Nihil tamen ejuſmodi, niſi jam ſupra dicta, ex Homero, vel ullo alio auctore, protulit Erneſtius. Addit quidem "ſe talia exempla plura reperiſſe, quæ "notare omnia ſuperſedit." Neſcio an hoc ſit quod Geſnerus vocat *pulchrè monuiſſe*. Ad iſtud autem Pſeudo-Orphei quod attinet, ita annotavit vir egregius Thomas Tyrwhitt: "Numerum dualem pro plurali hîc poni non inficiandum eſt; "ſed nolim ex hoc ſcriptore canonas grammaticos conficere." [Vide edit. Th. Tyrwhitt. Lond. 1781.] Quæ igitur de hac re protulit Erneſtius non ſunt magni momenti, niſi forſan excipias exemplum ex Arato; quod notavit quoque Scholiaſtes his verbis: τῷ δὲ βοῶπι, δύοιν ἀρότροιν ἐχρήσατο ἀντὶ πληθυντικοῦ· τοῦτο γὰρ ἴδιον αὐτῷ· ὁ καὶ Ὁμήρῳ εἴδη. Sed quod ad Homerum attinet hoc nimis temerè dictum videtur. Hujuſmodi ſyntaxeos uſum confirmare quoque conatur vir magno ingenii acumine Gilbertus Wakefield, [Sylv. Crit. par. i. p. 59.] exemplis nonnullis allatis: 1. Ex Pind. Ol. ii, 154. γεγίντον—de quo vide infrà ad locum. 2. Ex Orph. Arg. 818. Φράζεσθον εἴτινες ἐσὶ—Sed Æëtes hîc alloquitur Jaſonem, qui —ἐν πείσεσσι μετέπρεπε,—et comites Jaſonis in uno ſodalitio. 3. Ex Heſiod. Op. et D. 183. [al. 186.] —βαζέσθω ἑκάεργον. Ibi ſana lectio eſt βάζοιμι ἑκάεργον. Vide inf. ad loc. 4. Arat. 968. —κεἰξαπίνης βαρέη διεσάκει φωνῇ—quod ad rem facere videtur, niſi forſan ſermo ſit de duobus generibus, corvis ſcil. et graculis. Ad ſummam: major exemplorum copia adhuc deſiderari videtur ad infirmandam differentiam inter dualem et pluralem numerum.

37. Δυσάμενοι—] Ordo eſt: εὖ δὲ δησάμενοι ἑτέρωθι ἐπὶ πλοῖον πείσεις ἔχοντες· *Quum autem benè ligaveritis remos ad tranſtra omnes exite:*—ἀλεγίσσετε θοὴν δαῖτα, *ſubitum parate convivium.*

25. 45. —ὅππη θυμὸς ἐποτρύνῃσιν—] i. e. ὅπῃ θυμὸς ἐποτρύνῃ—*ubicunque animus* ipſum *impellat.*

48.

48. —περιθέντε—] Ita rectè edidit Barnesius. Vulgati habent περιθέντι, quod primam necessariò corripit. Vide ad Il. α, 309; et ρ, 129. CLARKE. De duali numero vide suprà ad v. 35. 25.

53. Ἡξίνασθε δ' ἐρετμὰ—] *Aptârunt*que *remos in* τροπεῖς διερμαντίνοισι, *strophis pelliceis*. [Vide Coll. Gr. Min. ad p. 37. n. 15.] πάντα κατὰ μοῖραν, *omnia ritè*. ἀνὰ δ' ἱστία, κ.τ.λ. i. e. ἀνεπέτασαν ἡ λευκὰ ἱστία. Vide Il. α, 480.

55. Ὑψοῦ δ' ἐν νητῷ] Ὀρμίζειν ὑψοῦ ἐν νητῷ, scil. ὑσρῷ, est solventium è portu vel à littore, cùm navis deducta ſtat in aquâ altâ: at ὁρμίζειν ὑψοῦ ἐν ξηρῷ est appellentium, cùm navis, finito cursu, subducitur. ERNESTI.

56. Βάν ῥ' ἴμεν—] i. e. ἔβησαν ἴσαν. Vide suprà ad α, 441.

57. —αἴθουσαι] Αἱ πρὸς ἥλιον τετραμμέναι τοαί. *Schol.* ἕρκεα, *septa*; Angl. *the courts*. δόμοι, *triclinia*, *diætæ*, *æci*. ERNESTI.

59. —δυοκαίδεκα μᾶλ' ἄριστοι,] Conf. Æn. i, 633. *Nec mimàs interea*, &c. Ubi ita notavit Heynius:—" ex toto Ho" mero satis constat, heroicis temporibus hospitis adventu in " domo ſtatim sacrum sit, cæditur victima, et ex eâ epulo " sacro hospes excipitur. "

60. —δύο δ' ἁλιπόδας βῶς·] Vide suprà ad α, 92.

61. —ἀμφί δ' ἔπον,] i. e. τι ἄμφεπον, *et curarunt*, τετύκοντό τε δαῖτ' ἐρατεινήν. *apparârunt*que *convivium amœnum*, τετύκοντο, pro ἐτέτυκτο. Vide Il. α, 466.

62. —ἐρίηρον ἀοιδόν·] Heroicis temporibus semper ἀοιδὸς conviviis, quæ ferè cum re divinâ erant conjuncta, aderat. HEYNE, ad Æn. i, 740. Vide *Blackwell's Enquiry into the Life and Writings of Homer*, p. 112.

63. Τὸν περὶ Μοῦσ' ἐφίλησε,—] Duo versus exquisitissimi. Sub personâ cantoris Demodoci quidam putârunt Homerum seipsum depictum voluisse; sed talis opinio nullis satis idoneis argumentis nititur.—περιφίλησε, *valdè dilexit*.

67. Καὶ δ' ἐκ παρκαλίφιν κέρασεν—] i. e. κατακέρασεν ὁ φέρασίγα—ἐκ παρκάλιν.

68. —ἐπίφρασθε χερσὶν ἰλίσθαι Κίρυξ·] Ἤτοι ἑτοίμασον, ἵνα ἀπίλωσι τὰς χεῖρας. ἢ τὰς χύσεις ἐπίβασις, ἵνα γνῶ ἵνα κεῖται. *Schol.* ἐπίφρασθε, aor. 2. ab ἐπιφράζω, *indico*, *admoneo*.

485. —ἐξ ἔρον εἷλε,] i. e. ἐξεῖλε ἔρον—*exemissent desiderium*— Vide suprà ad Odyss. α, 150. [Conf. Æn. i, 220. 727. viii, 184.] ἔρος, ου, ὁ· *amor*, *desiderium*: pro quo posteà dixerunt ἔρως, ωτος. 26.

488. Ἦ σέ γε Μοῦσ'—] *Aut te Musa docuit*,— Vide Vol. I. ad p. 25. n. 4.

489. —Ἀχαιῶν οἶτον ἀείδω,] *Achivorum fatum canis*,—Alludit ad priorem Demodoci cantilenam—Νείκος Ὀδυσῆος— κ.τ.λ. hujus Libri ver. 75, sqq.

493. —τὸν Ἐπειὸς ἐποίησεν σὺν Ἀθήνῃ,] *Inſtar montis equum, divinâ Palladis arte, Ædificant,*—Æn. ii, 15. et alibi paſſim. Vide celeberrimi Heynii Excurſ. iii. et vii. ad Lib. ii. Æn.

508. Ἡ κατὰ πτερόεν βαλέειν—] Vide *Deſcription of the Plain of Troy, by M. Chevalier*, p. 117. et Æn. ii, 31.

510. Τῇ κε δὴ—] *Quâ utique demùm* ſententiâ *etiam poſſet peragendum eſſet.* CLARKE F.

511. Αἶσα γὰρ ὧδ' ἀπολέσθαι.] *Jam Trojæ ſic fata ferebant.* Æn. ii, 34. ἐπὴν πόλις, κ. τ. λ. *poſtquam urbs intra ſe concluſiſſet—*

27. 519. Κεῖθι δὴ—] Ordo eſt: φάτο δὴ [ἑωυτὸν—Ὀδυσσεὺς nempè] τολμήσαντα αἰνότατον πόλεμον κεῖθι— Angl. *He ſang that Ulyſſes having there riſked a dreadful engagement, then too proved victorious,—*

523. —φίλον πόσιν ἀμφιπεσοῦσα,] *ſuum maritum amplexata,—*

527. Ἀμφ' αὐτῷ χυμένη—] *Ipſi circumfuſa, lingua nomine ſtridulè ejulat:*— [Vide Il. τ, 284.] Nihil amplius vult hæc ſimilitudo quam quod Ulyſſes ἰλαπινὰ ἴκελον. —οἱ δ' ὄπιθεν πόπλοισις δέρεσκον μεταφρένους, κ. τ. λ. *illi verò ponè* [i. e. hoſtes] *cædentes haſtis tergum, atque humeros* [fœminæ ſcil.] ἄγριον ἀναγκάγουσι, *ducunt* eam *in ſervitutem,*—Ἐΐρ⊕, ὑ, ὁ. *ſervitus;* ab ἴρω, *necto.*

539. —ὄρορε] *ſe excitavit, exorſus eſt,*— aor. 2. act. pro ὄρνυ· et hîc ſubauditur ἑαυτὸν. Vide Vol. I. ad p. 3. n. 7.

544. τέτυκται.] *parata ſunt*, et paulò infrà, *eſt*:—præſ. ſcil. perf. Vide Vol. I. ad p. 27. n. 4.

547. —ὅς' ἐλίγου πῃ ἐπιψαύσῃ περαιδέος.] *qui ſcilicet vel minimum attingit mente.* Angl. *who poſſeſſes the ſmalleſt intelligence.* Ἀπλῶς καὶ ταῖς φρεσὶν· ὃ ἐστι φρόνιμος ἐστι. *Schol.*

28. 556. —τετυκμέναι φρεσὶ νῆες.] *naves quæ dirigunt ſe et contendunt ad propoſitum locum mentibus propriis,*—quaſi rationales. DAMM. Hæc et quæ ſequuntur de navibus Phæacum, ad verbum ſumta, planè ſunt fabuloſa et incredibilia. Sed ex portentoſâ hac deſcriptione hoc, in genere, colligendum eſt, Phæaces præſtantiſſimos fuiſſe remiges, ut poſſent gubernaculo carere; eoſque portentoſis narrationibus delectatos fuiſſe.

563. —ἴκτι—] hîc, ut alibi paſſim, pro ἵκτην.

572. —ἀπτολάϊ[χθες] Vide ſuprà ad α, 1.

586. —πεπνυμένα εἰδῇ.] *res prudentes intelligat.* πτέω, f. πτύω, *ſpiro, ſpirare facio;* it. *ſapere facio;*—hinc paſſ. πέπνυμαι, *ſapio, habeo ſpiritus egregios:* hujus verbi ſolùm perfectum paſſ. per omnes modos, apud poëtam occurrit, πεπνύμην, *ſapiens factus ſum, valdè ſapio*, &c. DAMM. Vide ſuprà ad α, 213.

* ΤΗΣ ΤΟΥ ΌΜΗΡΟΥ ΟΔΥΣΣΕΙΑΣ ῬΑΨΩΔΙΑ, ἢ ΓΡΑΜΜΑ, I.] HOMERI ODYSS. LIB. IX. [Vide ſuprà ad p. 3. n. †.] Ulyſſes ſe notum facit Phæacibus; et hiſtoriam ſuorum errorum incipit. Narrat pugnam ſuam cum Ciconibus, quorum urbem Iſmarum evertit; adventum ad Lotophagos; deindè ad terram Cyclopum; ibique incluſionem in antro Polyphemi, undè non prius egreditur quam, ſex ſociorum ejus à Cyclope devoratis, ipſum Polyphemum vino ſomnoque gravatum excæcet. 29.

Ver. 5. —τίλος χαρέστερον—] *rem gratiorem*—"Eſt—fami-"liaris Ionicè ſcribentibus dictio τίλος, quæ ſæpè nihil ſonat "aliud quam χρῆμα, *res*." CASAUBONUS, ad Athen. lib. ii. cap. 3.—ἔχῃ κατὰ θῦμον—i. e. κατίχῃ θῦμον—

12. —θυμὸς ἐπιτρέπειε—] Angl. *thy mind has a deſire*—Sic. Virg. *Sed fixus amor*, &c. Æn. ii. ad init.

17. —ἐγὼ δ' αὖ ἔπειτα,—] ἐγὼ ὃ ἔπειτα, ὑπεφυγὼν τηλὸς ἦμαρ, καὶ παίων δώματα ἀπήνηθε, ἄν ἴω ξείνῳ ὑμῖν. Angl. *And that I afterwards, when I have eſcaped the fatal day, and dwelling in my own habitation afar, may have a mutual intercourſe of hoſpitality with you.*

19. Ἐμὲ' Ὀδυσῆϊ—] Sic Virg. *Sum pius Æneas—famâ ſuper æthera notus.* [Æn. i, 378, 379.] Notati hi verſus, quod Æneas egregie ſe ipſum commendat. Rectè, noſtris moribus ſi rem æſtimes; ſecùs, ſi heroicis, ut ex toto Homero ſatis conſtat. Exempla aliorum v. ap. Pierſon. Veriſim. p. 206: adde Spencium (in *Eſſay on Pope's Odyſſey*, P. i. p. 52.) Hic ipſe verſus ex Homero adumbratus Odyſſ. ε, 10. Ulyſſes apud Alcinoum: Ἐμὲ' Ὀδυσῆϊ Λαερτιάδῃ, ὃς πᾶσι δόλοισιν Ἀνθρώποισι μέλω (*carus et honoratus ſum propter ſagacitatem conſiliorum in re bellicâ*) καί μευ κλέος οὐρανὸν ἵκει. *famâ ſuper æthera notus*, ex poëticæ orationis genio, nihil aliud quam ſimpliciter, celeber et inclytus. Inclytum autem ac notum ſe calamitatibus ſuis dicere, minus habet offenſionis etiam noſtris moribus, &c. HEYNE, Excurſ. ad locum.

21. —ἰδέσθαι·] *conſpicuam.* ἰδέσθαι, reſoluto ϑ, ἰδέϑαι, inſerto ε ἰδέεσθαι.

23—25. —ναιετάουσι] *habitantur.* ναιετάω, *habito*, *frequento*; ſignif. etiam, *ſum frequens*, *habitor*.—Δυλιχίόν τε,—Vide ſuprà ad α, 246.—χθαμαλὴ—vulgò redditur *humilis*, *depreſſa*; et πανυπερτάτη, *omnium ſuprema*. Locum ab interpretibus minùs rectè acceptum ita interpretatur vir ornatiſſimus Sam. Clarke, [ad Iliad. γ, 201.] ac ſi poëta dixiſſet "non modo "montem iſtum, ver. 21, ſed totam inſulam, etiam χθαμα-"λὴν, etiam quibus in partibus *depreſſior* eſſet, comparatè ta-

"mea

" men cum circumjacentibus infulis, πανυπερτάτην ἐπὶ γαῖαν πεσὼν-
" θαι. " Cf. Cicer. de Orat. Lib. i. Hor. Epiſt. i. vii, 41.
" Πανυπερτάτη reddi poteſt *extrema*, nempe occidentem ver-
" ſus, quod voluiſſe videtur poëta, " T. YOUNG.

30. 28. Ἧς γαίης—] i. e. *ἰδίας γῆς*, Angl. *than one's native land.*

30. Ἐν πάτρῃ—] Vide ſuprà ad *a*, 15.

32. Αἰαίη—] *Ææa.* Ita dicitur Circe ab Αἶα, quæ urbs erat Colchidis. Erat nimirum Circe ſoror Colchici regis; et inſula ejus dicitur νῆσος αἰαίη.

39, 40. Κιμέριοι πίλασσιν Ὑρωμέρῃ·] idem valet ac ἐπίλαοί μι Κιμέριοι πόλει Ὑρωμέρῃ. Erant autem Κίμμιοι Thraciæ populus. Trojanis auxilia tulerant; hinc Ulyſſes eos pro hoſtibus habuit. Vide Il. ε, 73.

42. —ἀτιμοξέμμενος—ἶσης.] Supple *μοίρης*, *fraudatus æquali portione.* ἀτιμόω, eſt, uti Dammius interpretatur, *εἰς ἄτην ἐμβαλλω, in labem et offenſionem induco.* ἀτιμόομαι eſt, *εἰς ἄτην ἐμπίπτω*, hinc ἀτιμοξέμμενος, *fraudatus.*

43. —διερῷ ποδὶ—] *celeri pede*—διερὸς propriè ſignificat *qui humerum habet, qui rigatus eſt, recens:* inde metaphoricè *vegetus, vivus;* a διαίνω, *rigo.* Sunt qui putant διερῷ ποδὶ hîc de navi intelligi: ſed hoc ſimplicitatem Homer. minùs redolet.

46. —ἠὲ ὑλίποδας ἵππους βῶς.] Vide ſuprà ad *a*, 92.

49, 50. ἀφ' ἵππων—μάρνασθαι,] non *ex ipſis equis*, ſed *è curribus* pugnare, uti ex innumeris Iliados locis liquet. SAM. CLARKE F. καὶ ὅτι χρὴ πεζὸν ἰέναι, *et, ubi opus eſt, pedibus*; nam πεζὸν ἰέναι idem ſonat ac πεζοὺς ἰέναι.

54. Στυφέμεναι δ' ἐμάχοντο] Στυφέμεναι eſt *inſtructâ acie.* ERNESTI.

31. 58. Ἡμῶ δ' ἠέλιῶ μετανίσσετο βουλυτόνδε,] Μετανίσσεσθαι μετὰ τὴν τῆς ἡμέρας αὔξησιν ὁ Ἥλιος κατὰ ὕψος βουλυτοῦ· ὅς ἐστι μεσημβρία ἐστὶν, ἢ ὀλίγον τι μετὰ μεσημβρίαν, ὅτι βόες λύονται τῷ πόνῳ. EUSTATHIUS. *Cum ſol tranſiret ad eum locum cœli, in quo eſt, boves ſolvi ſolent ab opere.* DAMM. Conf. Virg. Eclog. ii, 65. et *Gray's Elegy*, ad init.

59. —κλῖναν—] i. e. ἐκλῖναν Ἀχαιούς· *inclinârunt Achivos*, ſenſu tranſitivo; *pepulerunt Achivos.*

60. Ἐξ δ' ἀφ' ἑκάστης—] i. e. Numerus occiſorum erat 72; ſex ſcil. *pro* unaquaque nave, non ſex *ex* unaquaque nave. Numerus navium Ulyſſis erat 12. Vide infrà ver. 159.

64. Οὐδ' ἄρα μιν—] Non hîc ſupervacaneum eſt iſtud ἄρα· ſed vim habet hujuſmodi: *Neque, uti tam properè fugientibus verisimillimum erat,*—Vel, *Neque impediit trepida noſtra fuga quin, priuſquam ulteriùs progrederemur*, &c. CLARKE F. πρὶν τρὶς αὖτοι τινα ἕκαστον—*priuſquam ter vocâſſemus unumquemque*, &c. Ἀρχαῖον ἦθος (inquit Schol.) τῶν ἐπὶ ξένης ἀναλαμβάνειν τὰς ψυχὰς ἀναπαλεῖν τρέτον τοὺς πεφιλοσοφῆσθαι, ἐπὶ ἀστυ-

c.1

σιν εἴκαδε· ἢ ἵνα καὶ ἐκ τοῦ ἔτι ἀπολέσειεν ἐν τῇ πλάνῃ, προσίλοιτο. Conf. Virg. Æn. vi, 505.

66. —δμηθέντες.] *trucidati.* Pronuntiabatur δμυθέντες, uti obſervârunt Barneſius et Clarkius F.

68. —νὺν ἵ πρύσσει—] Conf. Æn. i, 92. iii, 198. v, 11.

70, 71. —ἐπικάρσιαι,] Vulgò redditur *obliquæ*: Euſtathius autem, Ἐπικάρσιαι ἤ, (inquit) ἐκ πλάσεως νῦν ἰσάλου τῇ ἴσῃ θέσει, ἀλλ' ἐπὶ πρῴρην, διὰ τὸν ἐκ τῆ σφοδρῆ πνεύματος τῶν ἱστίων πολλὴν ἴσλασιν.—ἴσως δ' ἐπικάρσιαι, Angl. *plunged as it were headlong*: cui interpretationi favet vocis etymon; eſt ſcil. ex ἐπὶ et κάρ.—ἱστία δὲ σφιν—*Vela autem ipſis*—ἴς ἀέμοιο διέσχιεν τριχθά τε καὶ τετραχθά, *vis venti diſcidit in tres quatuorque partes.* Verſus notiſſimus, cujus numeri optimè repræſentant vim ejus rei quam poëta vult exprimere. Conf. Il. γ, 363. et quæ ibi annotavit vir ornatiſſimus Sam. Clarke.

73. Αὐτὰρ ἔ ἐσυμένως—] *Ipſas vero* [naves ſcil.] *feſtinantèr*—προερέσσομεν [ἐρετμοῖς] ἠπείρονδε, *protruſimus remis ad* terram *continentem.* Vide Il. α, 435.

80. —Μάλιστα] Ἀρχαϊκῶν τῆς Λακωνικῆς. Κίθηρα, -ων, τὰ νῆσος τῆς Λακωνικῆς. *Sobal.*

83, 84. —ἐνθένδε Γαίης Λωτοφάγων,] *conſcendimus terram Lotophagorum,*—[quæ ſcil. ſita erat, non in Siciliâ, ut quidam putârunt, ſed in Libyâ.] οἵτ' ἄνθινον ἄνδος ἔδουσι, *qui floreſcentem cibum edunt.*

106. Κυκλώπων—] In ſingulari Polyphemus καθ' ἑαυτὸν vocatur Κύκλωψ. In plurali Κύκλωπες ſunt populus Siciliæ, in regione valdè fertili, οἱ Αἰολίδαι poſtea dicti. Ulyſſis ævo habitabant ſparſim, quiſque in agro ſuo: hinc credibile fit, potuiſſe Polyphemum pati ea quæ paſſus eſt, utpote ſolus, extra ſocietatem aliorum, et deteſtabilis ſine dubio omnibus. Cave vero putes, poëtam Cyclopes omnes fingere μονοφθάλμους· neſcit omninò hunc monſtroſum μῦθον recentiorum, ineptè et immoderatè fingendi. Imo ipſe Polyphemus fuit quidem unoculus; ſed caſu fortaſſe amiſerat alterum: poëta enim dat ei βλέφαρον τῷ ὀφθαλμῷ, nec certè ſiluiſſet hanc ἰδιότητα, ſi in mediâ fronte oculum unum habuiſſet. Damm. Vide Euſtath. ad ver. 187. qui hujus quoque ſententiæ eſt. ὑπερφιάλους vulgò redditur *fœdifragos, perfidos*; item *ſuperbos, arrogantes*; interdùm *vinoſos*; quaſi ex ὑπὲρ et φιάλη, quia fœdera per φιάλας fiebant. Alii deducunt ab ὑπερφυὴς, *qui nimis excrevit*, indè *excellens.* Poteſt igitur hic reddi *ingens*, ut ad *ſtaturam* Cyclopum referatur. [Vide ſuprà ad α, 134.] Cæterùm in hujus vocis conſonante φ latere Æolicum digamma putat amicus meus doctiſſimus T. Burgeſs, quaſi olim ſcriptum eſſet ὑπερϜιάλους; atque adeò vocem ipſam deducendam ab

ſcrupulo, uſurpat φίλοι ἔνεχ᾽ ἡμῖν δυσάντων. Sin autem hoc diſplicet, poteſt ſumi δυσάντων in genit. abſoluto.

262. —μετιόωσι] *conſtituere*. Angl. *to ordain*; pro μετιόωσι, contractè μετιῶσι.

266. —ἡμεῖς δ᾽ αὖτι κιχησόμενοι—] *nos venimus ſupplices accidentes ad tua genua.*—κιχήσω, vel κιχάνομαι, *invenio, aſſequor.*

280. Ἦ νυ ἐν᾽ ἐγχατιῇ, ἢ ἐγγὺς σχεδόν,] Verte: *utrum in remoto aliquo abhinc loco*, ſ. *utrum longè hinc, an propè*, ut ver. 117. ἔστι σχεδὸν ἠὲ ἀπόπροθι. ERNESTI.

38. 289. Σὺν δὲ δύω μάρψας,—] i. e. συμπάρψας δὲ δύω—Conf. Virg. Æn. iii, 623, ſqq. *Vidi egomet*, &c. ad quem locum vide celeberrimum Heynium, in Excurſ. xvi, poëtam tuentem contra reprehenſionem Homii, viri ill. [*Elem. of Crit.* ch. xxi. ſub fin.] Cæterùm hujuſmodi deſcriptiones gigantum crudelium naſcam et averſionem fœditate ſuâ non facere, probant, inter cætera, quæ Shakeſperius, peritiſſimus ille judex humanæ naturæ, Mauram ſuum narrantem induxit de modo quo is Deſdemonæ, pulcherrimæ ac nobiliſſimæ puellæ, amorem conciliâſſet. [Vide *Othello*, Act i. Sc. 8. *Her father loved me*, &c.] Nec dubitavi hanc totam de Polyphemo hiſtoriam ex Odyſſeâ hic exhibere; quia tales ſummi poëtæ miras narrationes non ſolùm ingenuæ juventutis naſcam et averſionem non excitare, ſed animum juvenilem valdè oblectare animadverti. Res ipſæ quæ deſcribuntur utcunque fœdæ ſint et horrendæ, earum tamen à ſummis poëtis deſcriptiones animos audientium mirè allicere et attrahere ſolent.

301. Οὐτάμενον—] Non ex ἐνῶν, indè enim fit ἐνάμενος, vel ἐντάμενος quod antepenultimam neceſſariò producit: ſed quâ analogiâ ex τίθημι fit τιθέμεν, ex δίδωμι, διδόμεν· eâdem ex ὕημι fit ἑέμεναι, indeque ἐνάμενος, quod antepenultimam neceſſariò corripit. CLARKE, ad *Il.* φ, 68.

39. 325. —ἴδον τ᾽ ἔρεψιας—] Ἐξυπαρύσιον τῶν χειρῶν τὸ διάστημα ἐγγυιά ἐστι. *Schol.* Angl. *a fathom.* Vide Vol. I. ad p. 88. n. 7.

327. —ἰδίωνα] idem quod ἀνωΐστον, *acui.*

335. —ἰλάσσαν] Per ſync. pro ἱλαγίσσαν, vel ἱλασίσσαν.

347. —τᾶ.] Ionicè pro τᾷ, quod contractè pro τῇ, *accipe*; à τάω, f. ταυ, *capio, accipio.*

40. 359. —ἀπορρώξ.] *i, i. avulſus*, &c. item ſubſtant. *portio, pars*, &c, à ῥήγνυμι, *frango.*

366. Οὖτις ἔμοι γ᾽ ὄνομ᾽ ἔστ᾽· Οὖτις—] Οὖτις, *nemo*, habet in accuſ. οὖτινα, non ὄντα. Nec eſt ὄντα hìc per apocopen pro οὖτινα, ut eſſe potuiſſet ante vocalem; ſed exquiſito artificio hìc ponitur ante conſonantem, quò molliùs Cyclops, jam penè ebrius, nomen id Ulyſſis fuiſſe proprium crederet. Poſt autem ipſe Polyphemus [ver. 366.] Οὖτιν ἐγὼ κάματον ἔδμεναι— inquit, id tanquam nomen proprium hoſpitis intelligens, quod

lector

lector interpretari poſſit ἔτινα, *neminem*, [ἔτιν ſcil. pro ἔτιν' ante vocalem,] atque exindè, cognito jam Ulyſſis conſilio, Cyclopem irrideat, utpote re verâ *neminem* poſtea devoraturum. Cæterùm ſe ita appellari ideò præſertim finxit Ulyſſes, quod providiſſet ambiguitatem indè oriri, Polyphemo exitio non futurum. Vide infrà ver. 408, ſqq.

372, 373. —ἀπεδοχμώσας—] Πλαγιώσας· δοχμὰς γὰρ τὰ πλάγια. *Schol. Inflexâ craſſâ cervice.* [Conf. Æn. iii, 631. ſqq. *Cervicem inflexam poſuit*, &c. καθὰ μεν—Ἥρω— i. e. καθήρει δὲ μεν—φάρυγος δ' ἐξιεντο οἶνος, i. e. οἶνος ἧ ἰσίουτο ἐκ φάρυγος, *vinum è gutture erumpebat.* Conf. Ovid. Metam. xiv, 211.

377. ἀναδύη.] Angl. *ſhould flinch.* ἀναδύω, *emergo ex aliqua re; refugere et detrectare aliquid.*

384. Δίνησ.] Angl. *I twirled it round.* —τρυπῷ contractè pro τρυπάω, à τρυπάω, *terebro.*

386. —τὸ ᾧ τείχει ἰμερτὸς ἄλιν·] Angl. *and it ſpins inceſſantly.*

389. ἴδσω ἀύτμὴ,] Angl. *the ſteam ſinged*, &c. ἰδω. f. ἴδσω, 41.
amburo. ἀύτμὴ, *ſpiritus, vapor.*

390. —σφαραγεῦντο] Ionicè pro ἐσφαραγεῦντο, à σφαραγάω, f. ησω, *ſonum edo.* μύζας δὲ [ἐσφαλμὲ] οἱ σφαραγεῦντο πυρὶ, Angl. *and the roots of his eye crackled with the fire.*

394. Ὡς τὸ σὶζ' ὀφθαλμὸς—] De vi vocis hujus, σὶζ, ita Quinctilianus: "Mimimè," inquit, "Nobis conceſſa eſt ὀνο-"ματοποιία. Quis enim ferat, ſiquid illis meritò laudatis, λίγ-"ξ βιὸς, et σὶζε ὀφθαλμὸς, fingere audeamus?" Lib. i. cap. 5. ſub finem, citante Clarkio F.

403. Τίπτε τὸν—ὀδύσσας,] Τίπτε τὸν referendum ad ἀρημένος, vertendumque non *cur*, ſed *quid tantum læſus, tantoperè vociferatus es:* quid tibi mali tanti accidit, ut tantoperè vociferarêre. ERNESTI.

404. —ἄμμι] Non eſt, ut quidam putant, dualis pro plurali; ſed, ut Scholiaſtes, Ἄμμι, ἡμῖν, Αἰολικῶς. ad Il. α, 59. τιθῆσθα, etiam Æolicè, pro τιθῇς.

408. —Οὔτίς μὲ κλέπτει—] Vide ſuprà ad v. 366.

416. Χερσὶ ψηλαφόων,] Angl. *groping with his hands,*—ψηλαφόων, pro ψηλαφάων. Vide ſuprà ad α, 25.

425. —ὄϊες—] Dactylus eſſe videtur, eadem ratione qua ἀδάπτοτος choriambus. ERNESTI. Ita ἀτονίσθαι infrà v. 451; in ὄϊες autem quibuſdam viris doctiſſimis digamma non otioſum videri poteſt; id enim in ὄϊς affuiſſe è voce Latinâ *ovis*, colligitur. T. YOUNG.

426. —ἰσθμοῖς εἴρας] Ὃ ἴσι μέλαν, ὡς ἡ ἐν ἄλσει κεῖται. EU- 42.
STATHIUS.

427. Τὰς ἀκὶν συνάρμοσεν—] Angl. *Theſe I ſilently bound together with well twiſted twigs—* Σύλλεις αἰνύμενος, *taking them together.*

46. nocte peractâ, altero die ad Circem revectus eſt. Hanc Ulyſſis ad domum Ditis profectionem imitati ſunt multi alii poëtæ: ſed in hoc genere palmam omnibus præripuit elegantiſſimus Virgilius, in Æneidis lib vi. "Virgilio," ut verbis utar Heynii, "ſanè omninò major laus inventa aliorum "ornandi quam nova excogitandi convenit; inventis tamen "alienis tam ſollerter interdum uſus eſt, ut æqualem cum "primo inventore laudem mereatur. Inter hæc ponemus de- "ſcenſum Æneæ ad inferos. Homerum haud dubiè ante "oculos habuit; at ab Homericâ Necyiâ quantus artis et "ingenii progreſſus ad Æneidis librum ſextum!" [Excurſ. xiv. ad Æn. Lib. vi. Vide totum hunc Excurſum, itemque cæteros quibus librum vi. Æneidis, atque adeò totam hanc de Νεκυίᾳ materiam, doctiſſimè illuſtravit vir egregius; ubi ſimul calamum primarii philologi facilè poſſis indagare.] Quanquam autem in hac parte operis ſui Virgilius omnes æmulos procul à ſe reliquerit, inſunt tamen in Homeri ſimpliciore Νεκυίᾳ, quædam imagines et deſcriptiones planè admirandæ; ideóque ante oculos ingenuæ inventutis ponendæ.

Ver. 6. —νὺξ κυανοπεπλόμενος] *νυκτὶ κυανοπεπλομένῳ, nigricantem peplum habenti.*

7. Ἰκμενον ἦρα ἴει πλησίστιον] *Secundum ventum immittit implentem velum.*—ἴει· ἴω, unde ἴημι, habet in imperf. ἴεν, ἴες ἴεμεν, ἴετε· ἴεν, &c. v. 7. λ.

8. Κίρκη—] —*Circes poculæ noſti; Quæ ſi cum ſociis ſtultus, cupiduſque bibiſſet, Sub dominâ meretrice fuiſſet turpis et excors; Vixiſſet canis immundus, vel amica luto ſus.* Hor. Lib. i. Epiſt. ii, 23. De iis, quæ apud Circen Ulyſſes ſociique ſunt experti, expoſitum eſt in libro ſuperiore. De Circes inſulâ, vide Heynii Excurſ. i. ad Æn. Lib. vii.—"αὐδήεσσα, "Ἡ περιόπτος, ἢ διαλέκτῳ ἀνθρωπίνῃ χρωμένη." Eustathius. Fortaſſè per αὐδήεσσα hîc intelligendum eſt *cantu excellens.* Clarke F. Rectè. Cf. Il. ε, 221. et 227. item Æn. vii, 11.

12. —σκοπιαὶτε] Vide ſuprà ad α, 25.

47. 14. —Κιμμερίων ἀνδρῶν—] Gens erat Cimmeriorum quæ habitabat ſupra pontum Euxinum; ſed per viros Cimmerios hic intelligendus eſt populus Italiæ prope Baias et lacum Avernum. "Locus (inquit doctiſſimus Heynius) apprimè "erat idoneus ad hominum animos religionum terroribus ſol- "licitandos. Accedebant tamen ad hanc locorum naturam "priſcæ opiniones de extremo occidente, adeóque de loco- "rum inferorum aditu, quem aliquando in his locis conſitu- "erant Græci omnis terrarum occidentalium faciei prorſus "ignari. Ad has opiniones mythos ſuos attemperavit Ho- "merus; Virgilii ævo locorum notitia ſatis magna vigebat, "quam ut iis inhærere liceret.—Admodum probabile eſt— "priſcâ

" priscâ ætate cavernas quæ ibi erant hominibus pro domibus 47.
" fuisse, donec ad meliorem vitæ cultum procederent, natám-
" que hinc esse de Cimmeriis fabulam Od. λ, 13, sqq.; etsi
" tenebris illis perpetuis silvæ quoque continuæ, quibus con-
" valles montium obsitæ erant, majorem horrorem addere de-
" buerunt. " Excurs. ii. ad Æn. lib. vi. ubi vide plura: item Excurs. iii. Conf. Ovid. Metam. xi. 592. *Est prope Cimmerios*, &c. Tibull. iv, 64. Virg. Geor. iii, 537.

18. —ἠερίθεν] *de cælo.* Sæpè apud Homerum, ut hîc, construitur cum præp. adeò ut ἀπ' ἠερίθεν sit idem quod ἀπ' ἠέρος.

26. —χοὰς χέομεν] *libamina fundebamus*— Vide Vol. I. ad p. 31. n. 11.

27. —μελιηδέϊ,] *mulso: μελίηδεον*, vel *μελίηδυτον*, est *infusum est melle et lacte.*

29. Πολλὰ δ' γεγάμην—] *multum autem supplicabam manium exanimibus personis,—γεγάμην* [undè *γεγάμην* pro *ἐγεγάμην* imperf.] est *genibus advolutus ero*; " nam, " ut observavit doctissimus Dammius, " mos erat veterum genua superiorum aut à qui-
" bus opem rogabant, blandè amplecti aut tangere passis ma-
" nibus. " Notandum autem hîc exemplum syntaxeos Græcæ: ἐγὼ ἐγεγάμην—κέρσαν ταύρον, supple ὑπισχνούμενος vel tale quid, Ἐλθὼν εἰς Ἰθάκην ἱέρευσ' ἐνὶ οἴκῳ βοῦν, ad verbum—*ego supplicabam mortuis vovens reversus in Ithacam sacrificaturus esse*, &c. i. e. —*vovens me, reversum in Ithacam, sacrificaturum juvencum quæ nondum paperit.* Hanc formam imitantur, sed rarò, Latini; sic Hor. iii. Od. 27. *Uxor invicti Jovis esse nescis.* τοῦρον βοῦν—Sic Virg. Æn. vi, 251. *sterilem vaccam.*

31. —σοφόν τ' ἀμπλησόμεν ἐσθλῶν'] *pyramque impleturum bonis.* ἀμπλησόμεν et ἀμπλησομένους, pro ἀμπλήσειν. Sic ἐφευρόμεν, pro ἐφεύρειν.

34. Τὰς δ' ἐπεὶ—] Constructio est: ἐπεὶ δ' ἐλεύσομαι τὰς εὐχωλὰς λιτὰς τε, [δηλονότι] ἅπτα παρῶν, *Sed quando precatus sum has votis precibusque—gentes* scil. *mortuorum,—*τοὶ δ' μῆλα λαβὼν ἀποδειροτόμησα ἐς βόθρον, *tum pecudes probensas jugulavi ad fossam.* Conf. Virg. Æn. vi, 315. *Ecce ruunt variæ species,—*&c.

37. —Ἐρέβευς] Pro Ἐρέβους, Ionicè; ab Ἔρεβος, -εος, τὸ,

386. Ἠλθε δ' ἐπεὶ—] i. e. ἐπήλθε δὲ—ἀγυιάξατ', ante vocalem 48.
aspirat. pro ἀγυιάξατο, quod Ionicè pro ἠγυιάσαντο ἦσαν, *congregatæ erant.*

388. —πέπρωτο ἑκόντων.] *fatum obierunt.* ἑκόντων, aor. 2. ab ἑκοντέω, f. 2. ἑκοντῶ, *obvo, fector*, &c.

391. Πιτνὰς] *expandens*; præs. part. à πίτνημι, quod idem est ac πετάζω. Vide Fragm. Gram. Gr. p. 43.

392. Ἀλλ' ἦ γάρ—] *Sed* frustra, *nam non ampliùs ei erat vis firma*, &c.

401. Βοῦς πρεσπαρέμενον,] *Boves tuo commodo intercipientem et abigentem.*—Ἐπειδὴ αὐτὸς ἐλθὼν ἐις Κίσσους τῇ ἀφετηρίᾳ ἐπὶ ἐπιχωρίους, ἵν᾽ εὖ ἀκούσθῃς, ἐπάγεις τὰ ὄρεσιν ἀνοικείοις πρεσβεύσας τὸν Ἀγαμέμνονα. *Schol.* Vide Il. ι, 45. et Vol. I. ad p. 31. n. 10.

409. Ἔξλα,] ἑλάω. *secido*, idem quod κέλομαι, habet in aor. 2. ἔκτην, ἔκτης, ἔκτη, pro quo ἔκαν.

413. Οἱ ῥά—] Supple πεπόνητο· —ἀλαπάδνῃ τραπέλῃσι, *epulis lautis*. Vide ſuprà ad ω, 226.

49. 417. Ἀλλά με—ἀλοφύρασθαι—] *Sed miſertus eſſes*—Vide ſuprà ad ω, 62.

419. —θῦεν—] *undabat*—θύω, *furo, cum impetu feror*; undè metaphoricè, ut hîc.

422. —αὐτὰρ ἐγὼ—] Ordo eſt: αὐτὰρ ἐγὼ πρὸς γαῖαν ἀείρων χεῖρας ὕδαλλον περὶ φάσγανῳ ἀμυδιόωσαν· Angl. *But I, while extended on the earth, raiſing up my hands, graſped my ſword, dying as I was*: ἡ δὲ κεκοῦφις Νεοφόνητο, *but the abandoned woman retired*, ἀδὲ ἴκελη καθύπνῳ χερσὶ ὀφθαλμοὺς μοι ἔκνεν πῦρ ἐὸν [ἔκαυε] Αἴδῃ, συνεῖσαι τι εἰπεῖν. *nor did ſhe take the trouble to cloſe my dying eyes, or my mouth, with her hands*, &c.

426. Ὡς ἐν αἰνύτῃσιν—] Vide infrà ad Eur. Med. 270. 412.

429. Κεχαδία—νύμφη] *Marito cui virgo nupſerat*—κεχαδία eſt, ut interpretatur Dammius, [Lex. ad vocem,] epitheton quod datur uxori, quæ virgo primùm nupſit alicui; vel marito, qui conjugem virginem duxit. Quod autem tradit Euripides, Tantalum fuiſſe primum Clytæmneſtræ maritum, eumque ab Agamemnone interfectum, de eo nihil noverat Homerus.

432. Ἥτι κεν αἰσχὸς ἔλῃσι,] i. e. Ἥτις κεν τοιοῦτον αἰσχὸς, *Sibique offudit ignominiam, et futuris in poſterum Fœmineis mulieribus*,—ᾗ [ἐκείνῃ] ἤ κεν ἔρεξε [i. e. ᾖ] ὑστέρῳ, *etiam ei quæ proba fuerit.*

435. —ὑψόσε] *Altitonans*: nominat. pro ὑψόσης, ut κεφαλεγερσέα, μητίετα, &. τ. λ.

436. —γυναικὸς διὰ βυλὰς,] Ἐοῦσα συνοικοῦσα τῷ τοῦ Ατρέως γυναῖκα Ἀερόπην, δι᾽ ἣν τῷ αὐτῷ μοιχευθέντων ὑπὸ Θυέστου πολλὰ ἐγένετο δεινά. EUSTATHIUS.

440. Τῷ νῦν μή ποτε—] εἶναι eſt, ut loquuntur Grammatici, inf. pro imperat. vel ſubaudiri poteſt θέλῃς. Sic infrà πεφανυίαι, quod pro πεφάνθωσαν, et φάθι, et iterùm εἶπαι. Pro φάμι, dicunt poëtæ, φάεσι, φάουσι, et πεφάασι.

448. —μετ᾽ ἀνδράσιν ἶζε ἄρειφι,] Τυτίσι, συνιοῦσιν τοῖς ἀνδράσι, ἢ ἐν ἀνδράσι τελείοις τέτυφθαι αὐξηθείς. EUSTATHIUS.

50. 455. Νῆα κατισχήσειας·] *Navem appelle*. κατισχήσεις, i. e. κατισχεῖν, infinit. uti ſuprà, pro imperat.

457. —ζόφοῦδε—] Vide ſuprà ad ω, 25.

465. Ἔσσυμαι ἀχνύμενος,—] *ſtamus dolentes*,—Nam ἔσσυμαι, cum ſpiritu aſpero, eſt pro ἱσάμεθα· et ἔσσαμαι, quod eſt præſ. perf.

pèrf. ſæpè ſignificat *ſto*; et ἵστασαν, *ſtabam*. Alii malunt ſpi- 50.
ritum lenem, ut ſit ἔστημεν pro ἔστημεν, aor. 2. *ſtetimus*. In hiſce autem omnibus ſubauditur pronomen reciprocum. Vide ſuprà ad ι, 442. p. 42.

466. —Πηλεϊάδαο] Πηλείδης, υ. Ionicè Πηλεϊάδης, Πηλεϊάδαο, et Πηλεϊάδαο· et -δαο pronuntiatur tanquam una ſyllaba. [Vid. Iliad. α, 1.] Æol. Gen. Πηλεΐδαο. Cæterùm Achilles ita dictus, ut et Πηλείων, à patre Peleo; atque Αἰακίδης, ab avo Æaco.

473. —μήσεαι—] *molieris*— Μήδομαι, f. μήσομαι, μήσεσαι, eliſo σ, μήεαι, pòſt, contractè, μᾶαι.

474. —ἄϊδόσδε κατελθέμεν,—] *ad inferos deſcendere*,—Non liquidò conſtat utrùm Ulyſſes, ſacris factis ad fauces Averni, uti mandaverat Circe, manes tantùm ad ſe evocârit; an intra oſtium ipſe ingreſſus eſſet. Quæ hic dicta ſunt ab animâ Achillis, et quæ poſtea viſa ſunt ab Ulyſſe, poſteriori opinioni; quæ autem deſcribuntur ab eo facta, initio hujus libri, maniumque turba quæ evocata ad eum confluit, priori favere videntur. Sed de induſtriâ forſan à ſummo poëtâ hæc obſcuritate ſunt involuta, quo magis ſublimem ſuam narrationem redderet. Vide *Burke on the Sublime*, &c.

475. —θεσπεσίων—κεφαλάων;] *hominum defunctorum?*

477. —Πηλέ◉—] Pronuntiatur, duobus ſyllabis, *Pelyor.*

478. Τειρόμενον κατὰ χῆ◉,] χῆος, χήεος, τὸ. *debitum, officium*; item *oraculum, vaticinium*, &c. ut hìc.

480. —ἀμῆς] Æol. pro ἡμῖν, quod per ſyncopen pro ἀμίτερος. Vide Il. κ, 448. π, 830, &c.

482. —μακάρτατος] μακαριώτερος, εὐδαιμονέστερος. *Schol.* Su- 51.
perlativus ſcil. comparativè poſitus. Nec inſolita eſt apud Græcos talis graduum permutatio. Sic apud Anacr. Od. xlvi, 3. χαλεπώτερον, pro χαλεπώτατον.

485. —τῷ μήτι θάνῃ ἀκαχίζων,] *quare neutiquam luge quod mortuus ſis*,—ἀκαχίζειν, Ion. pro ἀκαχίζω.

488. Βουλοίμην—] Ordo eſt: κε βουλοίμην ἐὼν ἐπάρουρος θητεύειν παρ' ἄλλῳ ἀκλήρῳ ἀνδρὶ, ὅς, κ. τ. λ. *mallem ruſticus exiſtens mercede ſervire alii inopi viro, cui*, &c. Quam ſententiam vituperat Plato, de Republ. lib. iii. Et Lucianus ex eodem loco argumentum ſumſit Dialogi inter Antilochum et Achillem.

493. —ἤ τι πίσυνσαι,] *ſi quid audiveris*, —πίσυνμαι, πίσυνθαι, πίσυνται, perf. paſſ. à συνθύνομαι, f. σύνομαι, perf. πέσυμαι.

501. Τῷ κε τὸν σύξαιμι μέν◉—] Sic conſtrue: Τῷ *tunc* [i. e. ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ] κε σύξαιμι μένος ᾧ χεῖρες ἀάπτους, *facerem robur et invictas manus* meas *horrendas*— [nam συγέω, quod vulgò ſignificat *horreo aliquid*, vel *odi*, hìc tranſitivè ſonat *horrendum* vel *odioſum reddo*] τὸν [i. e. τὸν, quod pro

τιμὴ] *ejusmodi*, [eorum ſcil.] *οἳ νῦν βαλιοῦλαι* [pro *βαλιοῦλαι*, et hoc contractè pro *βαλίλαι*] *qui illum violant, ἐχθρὸν τ' ἀπὸ τιμῆς, averſique ab honore.* Ubi notandum quàm pulcherrimè depingatur pietas Achillis in ſenem patrem Peleum.

508. —*ὃν Σαίρῃ*] Σαΐρης ὁ, πόλις Δαλονίας. *Schol.*

52. 518. —*εἶον τὸν Τηλεφίδην*—] i. e. *ἐκμάθοιν τὸν Τηλεφίδην οἷος ἦν ὃν πανύσφετο—tantum nominabo qualis erat Telephides quem interfecit*, &c. —*γυναικὸν ἕνεκα δώρου· muliebris propter dona.* Obſcurus habetur hic locus ob defectum hiſtoriæ. Alii aliter interpretantur. Κήτεσι à quibuſdam redditur *ad magna marina animalia pertinens*, undè *valdè magnus*. Aliis eſt nomen populi in Myſiâ. γύναιον δῶρον vulgò putantur *dona data à Priamo matri et uxori Eurypyli*, ut ei perſuaderent ut cum multis auxiliis Trojanos juvaret. Dicitur et Priamus unam ſuarum filiarum Eurypylo promiſiſſe.

522. —*ὃν πάρ' Ἐπειοῖς*.] Vide ſupra ad 9, 493. p. 26.

534, 535. —*ἀτ' οὐ βολαμίοις*—] *neque eminùs ictus oculo aere, neque cominùs vulneratus.*

541. —*ἄρυτο ὃ κακὰ πάσχων.*] *narrabant ſingula ærumnas ſuas.* ἄρυτο imperf. med. ab ἄρω vel ἄρομαι, quod eſt idem ac *ἀείρω, dico.*

543. —*ἀφορέων*,] *abſiſtebat.* Vide Vol. I. ad p. 98. n. 3.

546. Παῖδες ἡ Τρώων ἀίνυσαν] Multò minore invidiâ ad Trojanos refertur hoc judicium, quàm ad Græcorum duces et proceres, uti apud recentiores: *Conſedere duces*, &c. Ovid. Met. l. xiii, ver. 1. CLARKE F.

547. Ὡς δὲ μὴ ἄφυλον νεῖκος—] *Utinam ſanè non viciſſem*, &c. Vide infrà ad Eur. Med. ver. 1.

53. 548. —*γαῖαν πανύσσαι*,] Vide *Chevalier's Deſcription of the Plain of Troy*, quam nos Angl. fecimus; Index, voce *Ajax*.

549. —*ὃς πάρ μὲν εἶδος*—] i. e. *ὃς μὲν περιπάντων* [*κατ'*] *εἶδος, ἡ περίεσσετο* [*κατ'*] *ἔργα, qui quidem formâ præſtantiſſimus erat et rebus geſtis.* περὶ in comp. cum gen. ſæpè excellentiam denotat. [Vide Il. *a*, 258.] De πίσυνος vide ſuprà ad 4, 190.

555. —*σῶν*] Supple *ἕνεκα*.

559. —*σὺν*] Ion. et Poët. pro *σοὶ*. *ἐπὶ μοῖραν ἔσσαι*, i. e. *æquæ partes*.

562. —*ὁ δέ μ' ὠδὺν ἀμείβετο*,—] Exquiſitiſſimè, ut benè notum eſt, imitatus eſt hunc locum elegantiſſimus Virgilius; Æn. vi, 469. *Illa ſolo fixos oculos*, &c. Vide Longin. § ix.

564. —*χ' ἑκὼν περοίμι*—] i. e. *ἑκὼν κε* [quod eſt *κεν*] *περοίμι, tamen ille* me *allocutus fuiſſet*, &c.

569. —*δμῶες ἄρυτο*—] *cauſas dicebant*—Cf. Æn. vi, 431. et Heynii Excurſ. xi.

572. Θῆρας ἑοὺς ἐλεόντα,] *feras una cogentem et includentem*, ἐλεόντα pro ἐλεῶντα, ab ἐλεὼν [et ἑλεὰν] *turba, includo*. De Orione vide Diodor. Siculum, Hiſt. Lib. iv.

574.

574. —ἀαγὲς.] ἀαγὴς, ους, ὁ, ἡ. *non fractus, non frangendus*, ex α pr.v. et ἄγω, *frango*.

575. Καὶ Τιτυὸν εἶδον—] Conf. Æn. vi, 595. *Nec non et Tityon*, &c. [Heyn. ad loc.] et Lucret. iii, 997.

576. —ὁ δ' ἐν' ἰσάσι πᾶσιν πίλυτο.] Antiquo ſermone ad corporis vaſti ſpeciem declarandam hoc valere potuit. HEYNE.

578. Δίεφλεον ἔνδον ἰόντες·] *In viſcera penetrantes.*

579. —ἥλατο,] Propriè eſt *rapuit*, quod et Latini de eo dicunt, qui vim fœminæ facit. Unde Horatio dictus *Tityos raptor*. ERNESTI.

583. Σημῆνε δ' ἀνῳάων,] Angl. *He ſhewed ſigns of extreme* 54.
thirſt,—Nam, ut obſervavit Mericus Caſaubonus, "eſt in iſto "verbo [σημῆνε ſcil. quod pro ἐσήμηνε] (ut alibi pluribus) ani- "mi geſtientis et aliquid cupidè molientis, per externos geſ- "tus indicatio.—Hoc igitur vult Poëta his verbis, eam fuiſſe "Tantali, ſeu in pedes erecti, ſive alio quocunque geſtu, (ut- "de pugilibus olim loqui ſoliti,) πρόσωλιν, ut ardentiſſimam "ſitim præ ſe ferret." Conf. Il. γ, 83. β, 597. ι, 241, &c. Πίσειν δ' οὐκ ἦεν ἐπεὶ ἐπιλήθετο, *but could get hold of nothing to drink*. Vide Coll. Gr. Min. ad p. 38. n. 2.

585. Τοσσάχ' ὕδωρ ἀπολείπετ' ἀναῤῥοχέων] *toties aqua peribat abſorpta*. ἀπολείπετο, Ionicè pro ἀπώλετο, ἀναῤῥοχέω, aor. 1. part. paſſ. verbi ἀναῤῥέχω, *deglutio, abſorbeo*. Vide Od. μ, 240.

586. —κατεζήνασκε—] Ionicè pro κατεζαίνε, ἀ κατεζαίνω, *arefacio*. ex κατὰ et ἀζαίνω, *ficco*; quod ab ἄζω, idem ſign.

593. Λᾶαν βασάζονθα π. α.] *protrudentem ante ſe in ſublime lapidem ingentem ambabus* manibus. βασάζω, *in altum procedere facio, extollo*; nam eſt ἀ βάω, *ire facio*. DAMM. Cæterùm hæc laboris Siſyphæi deſcriptio inter Criticos celeberrima eſt, ubi Poëta ſcil. verſûs ſui numeros, verborumque ipſorum ſonum ad rei dicendæ naturam miro artificio accommodavit. [Vide Sam. Clarke ad Il. γ, 363.] Dionyſ. Halicarn. Πῶς ὧν δηλόσει ταῦτα [τὰ περὶ τὸν Σίσυφον] μιμητικῶς, καὶ κατ' αὐτὴν τὴν σύνθεσιν τῶν ὑποκειμένων, ἄξιον ἰδεῖν. Καὶ μὴν Σίσυφον ὑσεῖδον,—Λᾶαν ἄνω ὤθοντε ποσὶ λάφυσ. Ἐντεῦθεν ἡ σύνθεσις ἐστὶν ἡ δηλοῦσα τῶν γινομένων ἕκαστον, τῷ βάρει τῷ πίεζε, τὸν ἐπίπονον ἐκ τῆς γῆς πόνον, τὸν διεγειρόμενον τοῖς κάλοις, τὸν ἀναβαίνοντα πρὸς τὸν ὄχθον, τὸν μόγις ἀνωθούμενον πέτρον. Περὶ συνθ'. § 20. Conf. Demetr. Phal. περὶ Ἑρμ. § 27. *Pope* hujus loci verſ. cum ejus annot. item *Campbell's Philoſophy of Rhet.* Vol. ii. p. 238.

596. —κρατεΐης] Ἡ ἰσχυρὰ δύναμις. *Schol.* ἐπιῤῥιπτεῖ ἐστι, ἀντὶ τοῦ κρατεῖται.—Γράφεται δὲ καὶ ὁ ἀπὸ τοῦ λίθου κρατεῖ ις, ἤγουν ἡ κρατεία ἰσχὺς τοῦ λίθου. EUSTATHIUS. τοτ' ἀποστρέψασκε [ἀπέστρεφε] κρατεΐης, Angl. *then the impetuous force of the ſtone recoiled upon him*. Eſt et Κρατεΐης nomen proprium. Vide Od. μ, 124.

597.

597. —λᾶας ἀναιδὴς.] *lapis impudens*, i. e. *impetuoſus, immanis.* Mirâ felicitate in hoc verſu ſummus poëta venuſtatem ſuprà notatam aſſequutus eſt.

599. —κονίη] *vapor* pulveri ſimilis. Angl. *a ſteam.*

600. —φίλον Ἡρακληείην,] *olim Herculeam*; i. e. ſimpliciter *Herculem.* [Cf. Il. σ, 117. γ, 105. et multa alia loca.] Sic Hor. *Perrupit Acheronta Herculeus labor.* Lib. i. Od. iii, 36.

612. Μὴ τιχησάμενον,] Ordo eſt: ὃς ἴσκέτην κῆνον τιλεμάχῳ ἐμῇ τέχνῃ μὴ τιχησάμενον [τι ἄλλο,] μηδὲ τιχέσαντί τι ἄλλο. Angl. *He who had deſigned that thong by his art, never having executed, nor ever would be execute, ſuch another.* Erat nimirùm unicum in ſuo genere.

55. 617. —ἀγαλάζου,] ἀγαλάζω, verb. Homericum, idem quod ἄγω, *duco, fero*, &c.

633. —Γοργόνος αἰφαλὸν δεινοῖο πελάγει] idem quod Γοργόνος αἰφαλὸν δ. κ. *Gorgonis caput horrendi monſtri.*

---

56. * Ἐκ τῆς ΟΜΗΡΟΥ ΟΔΥΣΣΕΙΑΣ Ψ.] *Ex* HOMERI ODYSS. LIB. XXIII, 205—230. Penelope tandèm agnoſcit Ulyſſem.

205. Ὣς φατο·] *Sic dixit*—Ulyſſes ſcil. qui Penelopæ, antea dubitanti, certis indiciis ſe reverâ Ulyſſem eſſe jam demonſtraverat.

210—212. —πίσυνοι·] *prudentes eras.* Pluſq. pro ἐπίσυνοι. [Vide ſuprà ad 9, 586.] θεοὶ δ' ἄπαζον ἴζῖν, *dii autem dabant cerumnam*, Οἵ νῶϊν ἀγάσσαντο, *qui nobis inviderunt.* [νῶϊ] μίσγεσθαι παρ' ἀλλήλοις παρεόντας ἴδος, *nos unà invicèm manentes delectari juventute*, καὶ ἱκέσθαι [ἥβης] ἐὸν γήραος *et pervenire* ad *limen ſenectutis.*

216. —ἀπάφοιτ'] Aor. 2. opt. med. ab ἀπαφέω, pro ἀπατάω, *decipio.*

220. —Εἰ ἤδη—] Dicit nimirùm Penelope, " *Nequaquàm* " *Helenam viro ſe dediſſe alieno, ſi prævidiſſet tot ac tanta* " *mala inde eſſe oritura.* " CLARKE F.

225. Νῦν δ', ἐπεὶ ἤδη σήματ'] Signa ſcil. per quæ Ulyſſem ſuum Penelope agnoverat: uti in hoc libro ſuprà expoſitum eſt, ver. 183 et ſqq.

---

57. * Ἐκ τῆς ΟΜΗΡΟΥ ΟΔΥΣΣΕΙΑΣ—] *Ex* HOMERI ODYSS. *Quædam* COMPARATIONES *ac* DESCRIPTIONES *Selectæ.*

† 1. Δ,—] 1. LIB. IV, 333—340. Proci in domo Ulyſſis comparantur à Menelao hinnulis in ſpecu leonis à matre cervâ depoſitis.

333.

333. Ω πόποι,] Occurrit hæc exclamatio ſæpiſſimè apud Homerum; et notat vel luctum, vel indignationem, &c. quaſi à particulâ οἴ, gementis voce, cum repetitione τῷ π. " ἦ " verè, adjicitur et μάλα confirmationem adjuvans, quare " Heſych. ἦ μάλα explicat. ὄντως λίαν. Confirmationi cumu- " lus additur, quandò tria hæc junguntur, ἦ μάλα δή, quo- " rum uſus eſt in ſummâ admiratione. " HOOGEVEEN. 57.

334. Ἤθελον ὑπόπτηναι,] Angl. *they wiſh to lie*, &c. nam præſ. tempore nos utimur ubi Græci interdum imperfecto; ut ἦν pro ἐστὶ, et ἤπλετο, i. e. ἐπίλετο, pro πίλνται, ut notum. Latini quoque uſurpant interdum *erat* pro *eſt*.

335. —ξυλόχῳ] Συνδένδρῳ τόπῳ, καίτοι θηρίων. *Schol.* Εἰλεῖσθαι δ', λόχοις ξύλοχοι, ὡς αὖτις αὖτις, καίτοι, τόποι, ὁρμαὶ κατάδυσις. EUSTATHIUS. Angl. *in the den*.

337. Κτιμὲς ἐξερέῃσι] Angl. *ſhe roams the mountain ſides*—ἐξερέῃσι, pro ἐξέρῃ. Ἐξέρω, ἐξείρω, et ἐξερέω, *eloquor*, *interrogo*, item *exquiro*, *inveſtigo*.

338, 339. —εἰν εὐνήλυθεν εὐνὴν,] Angl. *enters his lair*—ut redditur aor. in ſenſu maximè indeterminato. Ἀμφοτέρωσι δ' τοῖσιν, *et cervæ* ſcil. *et hinnulis*. κείνοισι, i. e. ἐκείνοις, *procis* ſcil. Penelopes.

*** Occurrit eadem comparatio ρ, 124.

‡ 2. E,—] 2. LIB. V, 391—398. Ulyſſes, quum diu in fluctibus natâſſet, tandem conſpicatus terram, comparatur liberis lætis ob bonam patris reſtitutam valetudinem.

" tem materiam nihil pertinet, injudicatum relinquo. Illud " quidem nemo non fateatur neceſſe eſt, iis, qui ſe ad agen- " dum comparent, utiliorem longè Euripidem fore. Namque " is et in Sermone (quod ipſum reprehendunt, quibus gravi- " tas et cothurnus et ſonus Sophoclis videtur eſſe ſublimior) " magis accedit oratorio generi; et ſententiis denſus, et in " iis, quæ à ſapientibus tradita ſunt, pænè ipſis par; et in " dicendo et reſpondendo, cuilibet eorum, qui fuerunt in foro " diſerti, comparandus. In affectibus verò cùm omnibus mi- " rus, tùm in iis, qui miſeratione conſtant, facile præcipuus." [Inſt. Orat. Lib. x. c. i.] " Cum Sophocle igitur" (verbis nunc utor doctiſſimi Harleſii) " Tragœdiam Græcorum per- " fecit Euripides; atque illi duumviri id, quod Æſchylus " prudenter auſpicatus erat, feliciter ſapientérque ad perfe- " ctionem perduxerunt. " [In ſuâ edit. Fabr. Bib. Gr. Vol. ii. p. 238.] Propter odium in fæminas, quod Euripides in tragœdiis, et præſertim in ſuo Hippolyto, expreſſit, dictus fuit à veteribus Μισογύνης. Sed affirmat Sophocles, apud Athenæum, [Lib. xiii. p. 557.] Euripidem non niſi in ſcenâ ita adverſus muliebre genus affectum fuiſſe: quod et oſtendit Barneſius, in vitâ Euripidis. [§ xix.] Unam quidem, alterámque deinceps uxorem habuiſſe fertur; ſed utraſque nuptias infelices expertus eſt. Ariſtophanem alioſque poëtas comicos obtrectatores habuit infeſtiſſimos. Maledicta tamen, quibus iſti eum proſequebantur, nullam fidem apud æquos rerum æſtimatores meruerunt. Tandem, circiter ſeptuaginta annos natus, in Macedoniam conceſſit ad regem Archelaüm, doctorum hominum egregium patronum, à quo munera anteà acceperat, et apud quem in magno honore habitus erat. In Macedoniâ aliquot annos commoratus luctuoſâ morte periit, canibus regis infelici quodam caſu diſcerptus; ſeptuageſimo ferè quinto ætatis anno, Olymp. XCIII, 3. eodem quo et Sophocles nonaginta annos natus obiit. Rex Archelaüs Euripidis interitum ſummo mœrore proſequebatur, atque oſſa ejus, repetentibus Athenienſium legatis, ut in patrio ſolo tumularentur, Athenas mittere nolebat: ſed in Macedoniâ ei magnificè parentandum, ſepulchrúmque nobiliſſimum extruendum curavit. Cives verò ſui, quum cineres ejus obtinere non poſſent, magnificum cœnotaphium ei condiderunt; quod Pauſaniæ tempore adhuc durabat, atque hoc diſtichon exhibebat:

Οὐ σὸν μνῆμα τόδ' ἔστ', Εὐριπίδη, ἀλλὰ σὺ τῦδε.
Τῇ σῇ γὰρ δόξῃ μνῆμα τόδ' ἀμπίχεται.

[Brunck. Analect. Vol. iii. p. 265.]

Refert idem Pauſanias ſtatuas Euripidis et Sophoclis in theatro Athenis poſitas fuiſſe. [In Atticis cap. 21.] Vitam Euripidis

163. tavit Porſonus, propemodum complectuntur duæ regulæ, quas ille cum Cenſoribus, quos vocant *Monthly Reviewers* communicaverat, [*M. Rev. Sept.* 1801. *p.* 111.] et quas ſuprà quoque indicavimus. [p. 105.] Hæ autem nunquam viſæ videntur à Porſono; cujus hæc ſunt accuratiſſima verba: [Suppl. p. xxx.]—" Hanc regulam plerumque in ſenariis obſervabant Tragici, ut, ſi voce, quæ Creticum pedem efficeret, terminaretur verſus, eamque vocem hypermonoſyllabon præcederet, quintus pes iambus vel tribrachys eſſe deberet. Non potuerunt igitur talem verſum Tragici ſcribere, qualis eſt Κρίνεσθε χῆρα τὴ πρέσβυν πάμπαλιν, aut Ατλας ὁ χαλκέοισι νώτοις ἔρεισιν, aut Τὸ μὴ μάταιον δ' ἐκ μετώπου σαφρόνων, certè noluere, ſi modo vel diverſâ orthographiâ vel aliâ verborum poſiturâ vitare poſſent *In ſcenam miſſos cum magno pondere verſus.*" Horum verſuum primum [Eur. Hec. 347:] emendat ope MSS. Tertium [Æſch. Sppl. 206.] ad canonem revocat conjecturâ feliciſſimâ —ἐκ μετωπουσαφρόνων, [p. xxxvi.] Secundum non moratur. Eum autem correctum dedit Jac. Tate, [*Month. Rev.* ubi ſuprà.] ſuámque emendationem obviam etiam tirunculo modeſtè pronunciat.

De eodem canone loquens pergit vir eruditiſſimus: [p. xxxiii.]" Alia ſunt, quæ huic regulæ non verè officiant, tantum ex perverſâ orthographiæ ratione officere videantur. In hanc claſſem referenda puto exempla, ubi ἰδοὺ inter quartum pedem et quintum dividatur." Tunc ſequitur, cum tribus aliis, iſte verſus, Eur. Phœn. 759. (775.) Αμφότερον· ἀπολεσθὲν γὰρ ἰδοὺ θάτερον· quem citaverat tanquam exceptionem Jac. Tate, [*Month. Rev.* ubi ſuprà] et quem malè ſcriptum in ſuâ editione tacitè fatetur Porſonus, atque ſic corrigi debere —γὰρ ἰδοὺ ἓν θάτερον. Minutiſſima quidem diſtinctio hæc, ſed forſan vera.

De verſibus qui exceptiones continere videntur adhuc loquens ita ulteriùs vir doctiſſimus:

" Hec. 729. (723.) Ἡμεῖς μὲν ἓν ἴσμεν, ἰδοὶ ψαίσομεν.
" Androm. 347. Φεύγει τὸ ταύτης σῶφρον· ἀλλὰ ψεύσεται.
" Iph. A. 531. Κἄμ' ὡς ὑπέστη θῦμα, κἄστα ψεύδομαι.

" Et hos tres verſus, cum eodem morbi genere, ſi tamen morbus eſt, laborent, juniorum ſagacitati committam."

" Hîc (inquit Jacob. Tate) caſu quodam felici accidit, ut morbus ipſe remedium ſuppeditet. Si pes, qui hic Creticum præcedit, Trochæus eſt, καλῶς ἔχει. Si non eſt Trochæus ſed Spondeus, uti revera eſt, quid quæſo efficit ut ſit Spondeus? Pronunciatio certè brevis vocalis in fine τῇ ἰδοὶ, ἀλλὰ, κατὰ, tangentis, ut ita dicam, duplicem conſonantem ψ vel πσ, à qua vox ſequens incipit. Hoc in

" fine

" fine verſus verè efficit quod non immeritò vocari poſſit 163.
" terminatio *quinque-ſyllabica*, — *ὑδατ-σαίνομεν, ἀλλαπ-σίνυ-*
" *ται, καταπ-σίνδομαι·* cujuſmodi terminatio in ſingulis voci-
" bus haud infrequens eſt: Phœniſſ. 28. —*ἱππόβουκόλοι.*
" —32. *ἐξαιδεύμενος.* —65. *ἀνοσιωτάτας.* —53. *συγκοιμωμένη.* "

IV. *Sequentia non conveniunt; convenire tantum videntur.*
" Notum eſt, " inquit Porſonus, [Suppl. p. xlii.] " è Tro-
" chaico tetrametro catalectico ſenarium fieri, ſi ab initio de-
" trahis Creticum, (⏑ – ⏑ –) vel Pæonem primum, (– ⏑ ⏑ ⏑)
" ſive quartum; (⏑ ⏑ ⏑ –)

Θᾶσσον ἴμε' | Ἐχεῖν προσαίρεις, ἰκέμην δι' ἄστεος.

" Sed in hoc trochaico ſenario (liceat ita loqui) duo obſer-
" vanda ſunt; nuſquam anapæſtum, ne in primo quidem lo-
" co, admitti; deindè neceſſariò ſemper requiri cæſuram pen-
" themimerim. Una tantummodo ab hac regulâ exceptio
" apud tragicos extat. Nam verſus Iph. A. 1395. 1401.
" apertè mendoſi ſunt; Æſchyli locum Perſ. 164. ſanum
" eſſe ſibi perſuaſiſſe Daweſium p. 20. " (quem ſecutus eſt
Jac. Tate) " vehementer miror. Lege,

" *Ταῦτά μοι μίαμον' ἄφραστος ἔστιν ἐν φρεσὶν δικλῆ.*

" Non ſolum enim in Trochaici Tragici cæſurâ non diſſecari
" poteſt verbum compoſitum, quale *ἄφραστος*, ſed ne articulus
" quidem, nec præpoſitio quartum pedem terminare. "

Quod hîc obſervavit Porſonus primo aſpectu idem ferè videtur cum eo, quod de Metris Iambico et Trochaico agens affirmavit Jac. Tate, his verbis:—" Namque omninò eædem ſunt
" hæ metri portiones. " Et " Summa eſt præterea ei cum
" regulis carminis Trochaici Tetrametri affinitas. " [Vide ſuprà nott. p. 104.] In rem autem diligentiùs incumbenti has obſervationes inter ſe diſſimiles eſſe liquebit. Uterque quidem inter quaſdam Trochaici Tetrametri et Iambici Trimetri portiones ſimilitudinem obſervavit; ſed nec prorſus eandem, neque eodem modo ſpectatam, neque eodem conſilio indicatam: Porſonus enim eam, quam ipſe obſervaverat, ideo ſpectâſſe atque indicâſſe videtur, ut carmen Trochaicum ad Iambici normam quodammodo exigeret; Tatius autem ſive ſimilitudinem ſeu affinitatem, quam ipſe notaverat, eo conſilio monſtratam voluit, ut indè appareret quàm multò ſimplicior atque luculentior futura eſſet Tragicorum res metrica, ſi carmen Iambicum ad Trochaici numeros, quibus illud facilè gubernari poſſe credidit, redigeretur; uti ſequens ſchema clariùs oſtendet:

Tetrameter,

163.



Hic congruunt 3tius, 4tus, 5tus, 6tus, 7tus, et –
——— cum 1mo, 2do, 3tio, 4to, 5to, et –

Atque, cum unicâ exceptione, ortâ ex pauſâ ἑφθημιμέρει in Trimetro, convenientia hæc omnibus numeris abſoluta eſt.

Quum in Trimetro pauſa eſt proximè poſt ἑφθημιμέρη, et nulla eſt proximè poſt τριθημιμέρη, tum, 1. Dactylus proprii nominis non poteſt admitti in loco tertio Trimetri, quem licet recipere in quintum Tetrametri; et 2. Licet dactylum proprii nominis admittere in loco ſecundo Trimetri, qui in quartum Tetrametri recipi nequit: e. g. Iph. Taur. v. 825.

Ex||τύπτει' || Ἰπποδά||μειαν | Οἰνόμα||ον ἔλασ||σον.

Aliud etiam hîc quoque obſervari debet, Tribrachyn ſcilicet vel in quinto Trimetri ſuprà deſcripti, vel in ſeptimo Tetrametri, ſive cum Spondeo ſive cum Anapæſto proximè præcedente conjunctum, nunquam inveniri: quod quamvis ſatis intelligi poſſit ex eo quod dictum eſt ſuprà, [nott. p. 102.] nempè, Dactylum in quintâ ſede Iambici Trimetri vulgò appellati locum habere non poſſe; nihilominus idem, mutatis tamen nominibus, tutius viſum eſt hîc loci iterum monere.

V. *In Syſtematis Anapæſticis aliud corrigitur, aliud egregiè confirmatur.* " Dactylum et Spondeum, " inquit Porſonus, [Suppl. p. xlvi.] " creberrimè pro anapæſto adhi- " bent; ſed rariſſimè proceleuſmaticum; *rariſſimè etiam de-* " *ctylo anapæſtum ſubjiciunt.* " Hujus obſervationis pars ultima corrigit vocem *indifferenter* ſuprà uſurpatam; [p. 106.] quæ quidem falſa vix dici poteſt, ſed tantum temerè nimis prolata. Addit Porſonus paulò poſt; " Metra ſive dipodiæ " tum maximè numeroſos verſus efficiunt, cum in integros " deſinunt, præterquam in verſu catalectico, qui tum maxi- " mè auribus placebit, cum hexametri dactylici finem conſti- " tuet. " Quæ quidem mira eſt conſenſio cum eo Tatii canone qui eſt apud *The Monthly Rev. Sept.* 1801. p. 111. et tantùm non iiſdem verbis quæ ibidem adhibentur, nimirùm,

vbca

when it is conſtructed ſimilarly to the concluding Hepthemimer of an heroic verſe. Ita pergit Porſonus: " Nonnunquam " verò et is dactylum admittit in primo loco, ut, Οὐκ ἀπέ- " μυσον τὸ γυναικῶν. " 163.

" Hæc poſtrema obſervatio, " inquit Jac. Tate, in literis quas ſuprà memoravi, " mihi non nihil favet; Dactylum " enim excludere videtur è ſede ſecundâ Paræmiaci; unde " aliorum æquè ac mea refert ut corrigant unicam exceptio- " nem adhuc obſervatam, quæ contra canonem meum facere " poſſit, et quæ cedere noluerit iſti *vocularum tranſpoſitioni* " quam laudat Porſonus tanquam tutiſſimam corrigendi ratio- " nem. Locus occurrit apud Iph. Aul. vv. 121-2-3.

Αὖλιν ἀκλίσιν·
Εἰς τὰς ἄλλας ἕδρας γὰρ δὴ
Παιδὸς δαίσομεν ὑμεναίους.

" Quem locum, Marklando partim indicante, ita ſcriptum " vellem:

Αὖλιν ἀκλίσιν· εἰς ἄλλας γὰρ
Δαίσομεν ἕδρας
Παιδὸς τῆς ὑμεναίους.

" Omittit τὰς Cod. A. inquit Marklandus; pro δὴ Reiſkius " τῆς. Idem Marklandus Baſin Anapæſticam in propriam " ſedem reſtitui debere primus monuit. "

Sed hæc hactenus. Plura volentes adeant ipſum Supplementum Porſonianum; nec non Euripidis Hecubam, Godofredi Hermanni ad eam et ad R. Porſoni Notas Animadverſiones. *Lipſiæ*, 1800. Huic quidem editori doctrinæ et ingenii acuminis laudem facilè concedendam puto; ſed utrum dignum ſe oſtenderit qui in arenam cum Porſono deſcendat aliis judicandum relinquo. Utcunque hoc ſit, non dubitandum quin animadverſiones ejus diſputationem Porſoni de metris multò citiùs expectatione elicuerint. Sed *aſperum tactu leonem* paulò acriùs laceſſivit. Quod dolendum: nam in amoliendis Hermanni criminibus uſus eſt Porſonus ſive tacito contemptu ſeu apertis verbis, quæ, quantumvis ingenti eruditione ſtipata, atque à critico ſuperioris ordinis profecta, multis videbuntur nimis acerba, nec ejuſmodi ut ullo unquam tempore aliquid dignitatis reipublicæ literariæ afferre poſſint. Quicunque talibus cupediis ſeipſum beatum velit, is adeat Porſon. ad Eur. Med. v. 675. ad Hec. nov. edit. v. 1172. [Conferat Hermanni præf. in Hec. p. xxi.] Porſon. Addenda ad Hec. nov. edit. v. 1169. p. 85. Idem verò de hujuſmodi ſaporis dapibus celeberrimum Heynium differentem conſulere poteſt, in præfatione nuperrimæ edit. Virgilii, p. vi.

* ΜΗΔΕΙΑ.]



aor. 2. mediæ. Attici, ut ille arbitratur, in præſ. adhibent 165.
ομαι, πίτναμαι· nunquam verò ἵσταμαι, in præſ. ſed ἵστημι, imperf. et ἵστημι, in aor. 2. undè in inf. στάδθαι. Hanc cafionem arripuit vir doctiſſimus uſum accentuum juventuti dioſæ commendandi.

3—6. Μήθ' ἰν πάπυσιν—] Ordo eſt: πίτυς ἢ τροφόεσσα ἐν πάσσι Πηλίου μή ποτε πεσοῦν, *et pinus ſecta in ſaltibus Pelii nunquam cecidiſſet*, μήθ' ἑρετμώσαι χέρας ἀνδρῶν ἀρίστων, *neque remis* el *remigando*] *exercuiſſet manus virorum præſtantiſſimorum*, am ἐρετμόω eſt *remis inſtruo*, vel *remigando exerceo*; (ſive Porſonus, *remigare cogere*, *remigio applicare*: ἐρετμώσας, *remigare*.) atque ita videtur vocem intellexiſſe Scholiaſtes, τὸ κοινῶ ἢ τὸ ἄφελε μὴ ἐρετμῶσαι ὁ Αργὼ (potius ὁ πίτυς) τὰς ἐν ἀρίστων χεῖρας. Malè igitur interpretes Latini, *neque manus remigáſſent*.] οὗ μετῆλθον τὸ πάγχρυσον δέρας Πελίᾳ, Angl. *bo went in queſt of the golden fleece for Pelias*. Vide ſuprà Apoll. Rhod. i. 4. p. 81.

8, 9. —πύργους—] Supple εἰς. Θυμὸν, ſupple κατὰ.

11, 12. —ἀνδάνουσα μὲν φύγῃ—] Sic conſtrue: [ἐν] φυγῇ μὲν ἀνδάνουσα [πολίταις εἰς] χθόνα δὲν πολιτῶν ἀφίκετο, [Vide ſuprà p. 13. ad v. 35.] *in exilio quidem placens civibus quorum in terram pervenerat*: vel ut optimè interpretatus eſt poëtarum ſui æculi facilè princeps Georgius noſtras Buchananus: —*gentis uſus exul incolit Solum, favorem demereri ſedula*. Hujuſmodi autem conſtructionis exempla ſæpè occurrunt apud Græcos criptores. [Vide Vol. I. ad p. 86. n. 4. Vide etiam Il. ζ, 396. et S. Clarke ad locum.] Monendus eſt autem lector ut ponat comma poſt φυγῇ, non item poſt πολιτῶν. Porſonus edidit πολίταις. Cæterùm pro φυγῇ legendum φυσεῖ, [*indole, naturâ, moribus*;] conjicit doctiſſimus Frid. Jacobs in Animadverſionibus in Euripidis Tragœdias, quas ad me nuper è Germaniâ miſit vir humaniſſimus, mihique amiciſſimus, Car. Aug. Boëttiger, qui has, omneſque adeò politiores Literas, Vimariæ ornat. Eandem quoque conjecturam in mentem veniſſe invenio erudito auctori Biblioth. Crit. Amſt. Vide ejus operis Vol. ii. p. 40. "Si neceſſe eſſet textum mutare, "facilius eſſet hîc φυῇ quam φυσεῖ, ut apud Pindarum; σοφὸς "ὁ πολλὰ εἰδὼς φυᾷ· ſimili enim mendâ in quibuſdam Heſychii "editionibus, pro φυὴ, φυγὴ legitur: dubitari poteſt an ſatis "tragicum ſit φυὴ· H. St. autem in voce Euripidem citat." T. YOUNG.

13. Αὐτί τι—] Proponit Jac. Tate —αὐτὶ δὴ ut ritè reſpondeat ad ἀνδάνουσα μὲν ſuprà.

19. —ὃς αἰνυμᾷ χθονός.] *qui princeps eſt* hujus *terræ*. Vide Vol. I. ad p. 3. n. 3.

21, 22. —ἀναπλεῖ ἢ δεξιὰς,] Lego cum doctiſſimo Jortino,

ἀναπαλῶ ἣ δεξιᾶς Πίστιν μαγίστην, ut δεξιᾶς ſit genitiv. ſing. quem regit Πίστιν μαγίστην. Angl. *and invokes the mighty faith of his pledged right hand.* Quod et Porſonus probavit et edidit.

24. Κεῖται δ' ἄστιγ@.] Pulcherrima ſanè deſcriptio! atque ad commovendos affectus aptiſſima.

168. 26. —ᾔδετ' ἀδικαμένη.] Egregius Græciſmus, ubi participium pro infinitivo ponitur; et nominativus participii uſurpatur quandò ſermo, ut hîc, manet in eadem perſonâ: *animadvertit ſe injuriâ affectam.* [Vide infrà v. 36. 38. 500. et 553.] Quum autem tranſitus fit ab unâ perſonâ ad alteram, participium cum alterâ hac perſonâ ponitur in accuſativo: Sic ᾔδετ' αὐτὸν ἀδικαμένον, *animadvertit illum injuriâ affectum.* Vide Vigerum de Idiotiſm. p. 330. edit. Zeunii.

33. —ὡς σφι νῦν ἀτιμάσας ἔχει.] Sic Angl. *who now has diſgraced her.* Vide ſuprà ad Œd. Tyr. v. 577. p. 134.

41. —Σιγᾷ δόμος ἐσω'—] Hunc verſum, qui repetitur infrà, v. 384. hic loci ſupervacaneum eſſe cenſet Muſgravius; atque è ſuâ editione ejecit Porſonus.

44, 45. —ἤ του φάσις—] Ordo eſt: τις συμβαλὼν ἔχθραν αὐτῇ ἤ του εἴσεται κλεινόν, *aliquis, ſuſcepto cum illâ odio, nequaquam præclaram victoriam reportabit.* Olim credidi poëtam, per ἤτοι—κλεινόν εἴσεται, intellexiſſe *non quidem ferè ſe pulchrum victorem*, ſeu *nequaquam præclarus victor evadet:* ſed ſtatim ſentiebam Linguæ Gr. rationem, ut hoc rectè exprimeretur, neceſſariò poſtulare κλεινόν. Barneſius, quamvis hîc vulgarem lectionem probavit, et reddi poſſe credidit κλεινὸν *victoriam inſignem*, oſtendit tamen [ad Herc. Fur. v. 681.] κλεινὸν εἰδέναι notam eſſe locutionem pro *victoriam quamvis reportare*, ſubintellectâ voce μολεῖν aut ἐοιδὴν. Muretus igitur hîc legendum propoſuit ἄστιγα· quod obſervo Porſonum edidiſſe et ingeniosè tuitum eſſe.

54, 55. Χρηστοῖσι δούλοις—] Sic conſtrue: τὰ [πράγματα] δυστυχοῦντι κακῶς πιστοῖσιν ἐς συμφορὰ χρηστοῖσι δούλοις, ᾗ αὐθάδεσιν φρενῶν· *res adverſæ dominorum calamitati ſunt ſervis fidelibus, et tangunt* ipſorum *mentes.* ἅπτω, *necto;* ἅπτομαι, in voce med. *necto meipſum cum aliquo*, i. e. *tango:* ἀνθάπτομαι, *vicissim tango;* et habet poſt ſe gen. per notam ſyntaxin.

57. —μ' ὑπῆλθε—] μ' pro μοι· nam concordat cum μολὼν infrà: ὑπερχόμαι vulgò habet poſt ſe accuſat. interdùm dativum. Verùm dubitat Marklandus, ad Iph. A. 492. ubi hujuſmodi conſtructio occurrit —Ἄλλος τί μ' ἔλθοις τῆς παλαισχώρου κόρης Εἰσῆλθε, συγγένειαν ὑπαυχῶν.—an μ' poni poſſit pro μοι· quare proponit ὑπουμένου. Et ſi verus eſt canon Daweſianus, [Vide Miſc. Crit. edit. Burgeſs. p. 266, 473.] "Poë-" "tis ſcil. Atticis non licere ullam diphthongum elidere," μ', i. e. μὲ hîc neceſſariò poſtularet μολεῖν, quo modo et Porſonus

Porſonus edidit ex uno MS. &c. quamvis vulgatam putat confirmare videri Philemon Athenæi vii. p. 288. et exemplum illud ex Iph. A. Rectè conjecerat Jac. Tate, in literis ad me datis, ante editam à Porſono Medeam, criticum illum eximium μολὼν ἔσαι prælaturum. "Nam cum," inquiebat idem J. Tate, "dativus nominis præcedit, ſequi poteſt "accuſat. adjectivi aut participii, uti infrà, v. 819. et 891. "et 1254—57. at non vice verſâ." Quod quidem verum eſt tum apud Græcos, tum apud Latinos ſcriptores. Cæterùm—μεμίμηται, ut ait Scholiaſtes, τὰς ἐν μεγάλαις δυσχρίαις ἐκταζομένας· ἤτοι γὰρ σιωπᾶν τὰς συμφορὰς μὴ δυνάμενοι, ἢ λέγειν ἀνθρώποις φοβούμενοι, ἐρημῶ. ἢ ἁλίῳ, ἢ γῇ, ἢ θεοῖς ἄδηλοις, θηγάνειαι.

60. Ζηλῶ σ'] μακάριος εἶ τοιαύτην διάνοιαν ἔχων. Ἄλλως· θαυμάζω σε, πῶς ἐκ ἔγνωκας. *Schol.* Vide Valck. ad Eur. Phœn. p. 150. 167.

65. —πρὸς γενείου] Mos erat antiquiſſimis temporibus ut ſupplices quibus ſupplicabant eorum alterâ manu genua, alterâ mentum vel barbam prehenderent, [Vide Iliad. α, 501. θ, 371. κ, 454.] undè hîc, ut videtur, nutrix pædagogum per barbam obſecrat.

68. Πεσσοὺς] Rectè interpretatur Scholiaſtes de loco ubi aleatores convenire ſolebant. MUSGRAVE. [Vide Geſneri Theſ. Ling. Rom. Voce *Calculus.*] πεσσοὶ non eſt nomen loci, ubi talis luditur, ſed ſunt columellæ ſaxeæ, quibus area fontis et ſuggeſtus ejus, qui procul dubio fuit ſaxeus, cingebatur. REISKE.

73. —τοῦδε.] Hîc ſanè τάδε prætulerim, ut vitetur homœoteleuton. PORSON.

85. Τίς δ' οἶχι θνητῶν;] ſupple γινώσκει τόδε; *Quiſnam mortalium hoc non novit?* ---ἄρ' οὐ γινώσκεις τόδε, *jamdudùm tu noſti*--- &c. Lectio vulgata eſt: Τίς δ' οἶχι θνητῶν ἄρ' οὐ γινώσκει τόδε,--- quam præfert Jac. Tate; et hoc modo exponit Angl. You find this out now, it ſeems. *But where's the man, who does not by this time know this plain truth, that every man loves himſelf better than his neighbour. (ſome* it is true in many caſes *juſtly* enough, *others* baſely *for their own intereſt*, violating every tie of duty and honour) *ſince even Jaſon* our maſter *can find in his heart, for the ſake of marrying* with a princeſs, *to abandon theſe his* poor innocent *children*—to the bleak mercy of the world.

87. Οἱ μὲν δικαίως, &c.] Janus Gulielmius legendum putabat διὰ κλεὸς. *gloriæ cauſâ.* [Veriſim. i. c. 16.] Mihi verſus intercidiſſe videtur. Quare manum abſtineo. MUSGRAVE. Idem tamen, ut obſervavit auctor doctiſſimus Bib. Crit. Amſt. [Vol. ii p. 44.] acutam et ſpecioſam propoſuit correctionem, in Supplem. Tom. iii. p. 341. Οὐ μὲν δικαίως οἵδε Κύπριδος χάριν, *Atqui pudici matrimonii nullam Medeæ*

gratiam refert Jaſon, ſi quidem ſuſceptorum liberorum amor novo matrimonio minuitur. Brunckius autem hunc verſum ſpurium eſſe judicat. Sed nihil mutandum nec rejiciendum, modò ponatur comma poſt χάριν in v. 87. Senſum rectè vidit vir Magnus Hugo Grotius, qui locum ita reddidit: *Adeóne morem ſeculi ignoras, ſibi Ut quiſque cupiat eſſe meliùs quam alteri, Pars jure, pars privata dum inhiant commoda, Quando iſte ſobolem poſſibabet lecto pater.* Excerpt. ex Trag. et Com. Græc. p. 190. Cæterùm de hoc verſu 87. ita Porſonus: " Mihi videtur ſententiam prioris verſus quo- " dammodo mollire Euripides. "

90. Σὺ δ' ὡς] Brunck. Σὺ δ' ὡς— e Florent. edit. rectè, ut opinor; nam nihil eſt in præcedente verſu ad quod τὸ referri poteſt; δὲ verò refertur ad μὲν ſubauditum, ut ſæpè fit; quaſi eſſet Ὑμῶς μὲν—Σὺ δὲ— Jac. Tate. Atque ita Porſonus edidit. —ἐφιέσας ἔχει. idem quod ἐφιέναι. Vide ſuprà ad v. 33.

168. 96. —Δώριος ἴχνη,] Doricè pro δώριος, " Doricas formas " in impreſſis receptas non agnoſcunt membranæ in his Ana- " pæſtis. " Brunck. In Anapæſtis neque nunquam neque ſemper Doricâ dialecto utuntur Tragici. Ubi igitur in communi formâ MSS. conſentiunt, communem formam retinui; ubi codex unus aut alter Doriſmum habet, Doriſmum repoſui. Porson, ad Hec. v. 103. μελάθρων τι [ἔνεστι vel διὰ] τόνων. —Medea ſcilicet exauditur, ſcenam nondùm ingreſſa; quod ad animos audientium commovendos exquiſitè eſt excogitatum. Carminis genus ſimul mutatur ex Iambico in Anapæſticum; quod terrorem auget.

102—105. —ἀλλὰ φυλάσσεσθ'—] *Sed cavete à ſævo impetu et horribili naturâ animi contumacis.*

106. Δῆλον δ' ἐξ—] Ne violet legem metri Anapæſtici, quæ requirit ut unuſquiſque pes, aut ſaltem unaquæque Syzygia, deſinat in vocem, debet hic verſus ita conſtitui; ut rectè Jac. Tate; [Vide ſuprà ad p. 107.]

Δῆλον δ' ἀρχῆς ἐξ αἰρέμενον—

Vel, ut Porſonus: —ἐξαιρέμενον—

per figuram, quam Rhetores vocant ἀναστροφήν· ſecundum quam conſtituit et verſum 1117, [in ſuâ edit. 1105.] —Σώματά θ' ὕβριν ἀσεβῆλθε τίνων, propter numeros ſedem præpoſitionis mutans, et ἀναστροφὴν faciens.

115. Σὺν πατρὶ—] Hunc verſum ita ſcribendum proponit Jac. Tate, ut ſtructura ejus eadem ſit ac ultimæ ἰφθιμένης in verſu hexametro heroico:

Καὶ σὺν πατρὶ, πᾶς δόμος ἴφθιμος.

Vide ſuprà p. 106. et pp. 166-7.

120—122. Δεινὰ τυράννων λήμματα—] Pulchrè emendavit vulgarem hujus ſententiæ interpretationem vir ornatiſſimus Sam.

Sam. Clarke; [ad Il. α, 82.] *Terribiles ſunt regum animi; quippe rarò admodum cedere, plerumque dominari ſoliti, difficulter iras deponunt.* Nimirùm ἄρχω in voce act. Lat. ſonat *princeps ſum;* ἀρχόμαι autem in voce paſſ. *ſubditus ſum.* [Vide Vol. I. ad p. 46. n. 1.] Ὀλίγα, *rarò, paucà, multùm,* uſurpantur adverbialiter.

123—129. Τὸ γὰρ εὐβιότου ζῆν ἐπ' ἴσοισι] Porſonus cum Brunckio dedit τὸ δ' ἀρ' εὐβιότου ζῆν— [et pro ἴσοισι exhibuit ἴσοισιν— Vide ſuprà ad p. 86. v. 147.] Sic autem conſtrue et interpretare: τὸ δ' ἀρ' εὐβιότου ζῆν ἐπ' ἴσοισιν ἀρεῖσσον· Angl. *And after all, the habit of living upon a footing of equality is preferable: ἔπη ὕν ἐμοιγε— may I then for my part be permitted— ὡς μὴ μεγάλως, ὀχυρῶς τ'* [vel cum Reiſkio, Brunckio et Porſono, ὀχυρῶς γ'] *καταγηράσκειν, to grow old, if not in magnificence, at leaſt in ſecurity.* Quod nimirùm eſt aureæ mediocritatis. γὰρ, πρῶτα μὲν, ἐπὶ τῇ τύχῃ τῶν μετρίων ναίει, &c. Angl. *For in the firſt place, the very mention of the name of a moderate condition has a ſuperior charm; and the experience of it is by far the beſt ſtate for mortals:* τὸ δ' ὑπερβάλλοντα δύναται βροτοῖσι οὐδὲν καιρὸν, &c. *immoderata autem nullo tempore efficacia ſunt mortalibus.* ἀπίδοιεν δ' μείζους ἄτας οἶκοις, ὅταν δαίμων ὀργισθῇ, *afferunt autem* [τὸ ὑπερβάλλοντα ſcil.] *majores calamitates familiis, quando deus iraſcitur.* [Aor. in hoc ſenſu tironibus notus.] Doctiſſimus Frid. Jacobs, pro φέρους proponit ἴσχους, ut ſenſus ſit: *gravior inſtat magnis et elatis rebus à fortunâ pernicies.* Quam conjecturam eruditè tuetur. [Animadverſs. in Eur. Tragœd. p. 23.] Cf. Horat. Lib. iii. Od. x.

139. Ἐπεὶ μὴ φίλ' ἅ κἀκραύλισε.] *Quia minimè amica ſunt quæ facta ſunt.* MUSGRAVE. Brunckius, Beckius et Porſonus malunt, ἐπεὶ μὴ φίλια κἀκραύλισε, quod eodem redit. Vulgaris lectio eſt: ἐπεὶ μὴ φίλα κἀκραυσε, *quoniam res infeſtæ ſunt immiſtæ.* Senſus eſt: *Mihi nequaquam arridet dolores domûs, præſertim flagitiis inquinati.* κἀκραυσε per Sync. pro κατέκραυσε, à κεράννυμι, *miſceo.*

140, 141. Οὐκ ἐσοὶ δόμοι·—] Optimè ad numeros, non prorſus ex conjecturâ, hos duos verſus reſtituit acutiſſimus Porſonus, ſic:

Οὐκ ἐσοὶ δόμοι· φρεῦδα γὰρ ἤδη
Τάδ'· ὁ μὲν γὰρ ἔχει λέκτρα τυράννων.

Quicunque verò has literas amat, leget cum voluptate Porſoni annotationem ad hunc locum; ubi vir egregius anſam arripiens ex repetitione τῷ γὰρ intra tantillum ſpatium, (ſcil. γὰρ ἤδη, et, in verſu ſequente, γὰρ ἔχει) aliquot exempla profert, ubi eadem particula itidem repetitur. Tum, nihil majus ſe habere quod agat, atque otio frui profitens, (quod de me utinam 169.

utinam ex animo et ego poſſem prædicare!) longè, ſed admodum eruditè, digreditur, ut oſtendat quàm non paucis Poëtarum fragmentis ita citari acciderit, ut in hunc uſque diem inter Scholiaſtæ verba latuerint.

145. Αἰ, αἰ.] Vox Medeæ ſcenam nondùm ingreſſæ adhùc auditur; id quod ad animos audientium commovendos mirè eſt accommodatum.

147. Θανάτῳ καταλυσαίμαν] *morte diſſolvar*— Conf. Shakeſperium, *Hamlet*, *Act* I. *Scen.* iii.

170. 152. Τίς σοι ποτὲ τᾶς ἀπλάτου—] ἔρω ἀπλάτου κοίτας pro ἀπλάτου ἔρω κοίτας. atque ſic reddidit Buchananus: *Quod tandem immoderatum Thalami deſiderium—?* In textu repone ἔρος. Pro ἀπλάτου, dedit Porſonus ἀπλάτου, et pro Τίς, τί.

154. Σπεύσω—] τὸ—σπεύσω θανάτῳ τελευτὰν, ἀντὶ τοῦ ἐπεύξῃ, ἢ ἐμποδὼν σοι θάνατον. *Schol.*

158. —μὴ χαράσσου—] *ne iraſcere*, μὴ ὀργίζου. Heſychius, κεχαραγμένος, ὠργισμένος. Herodot. vii. 1. μεγάλως κεχαραγμένον τοῖσι Ἀθηναίοισι. Verùm vix æquum erat à Medeâ, ut ne omninò iraſceretur, exigere. Legendum igitur: Δαναὸς τοδὶ μὴ χαράσσου, *ne nimis vehementer ab hoc iraſcaris*. τοδὶ pro τοὐδὲ metri cauſâ. Sic τανῦν Supplic. 156. τῳδὶ Her. F. 667. MUSGRAVE. Legendum putat Brunckius: Κέντρα λάκτι μὴ χαράσσου. Cujus proximè ad mentem corrigit Porſonus, κέντρ' ὧδον μὴ χαράσσου.

159. —συνδικάσου.] Fut. 1. à συνδικάζω penult. corripit: ſed eſt hic Dor. pro συνδικήσου, à συνδικέω, *patrocinor*.

161. Ὀδυρομένα σὺν ὑμέναις.] Pro quibus Porſonus edidit, δυρομένα σὺν ὑμέναις. Vide ad Hec. edit. nov. 735. Euſtath. ad Il. β. p. 218, 19—165, 20. ὑμέναιος ὁ καὶ τὸ ᾆδεσθαι δύρεσθαι. Deinde ὑμέναν Brunckius.

171. Θέμιν ὐπαλαίαν—] *quæ vota et imprecationes effectu carere non ſinit*—Firmat hanc interpretationem ἐμπέδου Θέμιν, quod mox legitur, v. 212. MUSGRAVE.

173. —ἴν τινι μιχᾷ] Λέληπται κακῷ· ἀλλὰ δηλόνοτι μέγα κατεπραξαμένη κακὸν, παύσεται τῆς ὀργῆς. *Schol.*

171. 185. —πρίν τι κακῶσαι τοὺς ἄνω·] κακόν duplicem accuſat. habet poſt ſe.

191. Καί τοι τοκάδος δίψασα—] Λέληπται τὸ ἴσχουσα· καί τοι φασὶν ἡ δύσποινα δεινὸν ὀρᾷ τοῖς τολμῶσιν αὐτῇ πλησιάζειν. ἴσχουσα λαμπρὰς τίκτουσίας τὸ βλάβερμα, ἢ ὅμως ἅτως ἰσχύσας αὐτῆς θυμῷ, εἰς ἐμὲ χάριν ἐστιλιτεύσομαι. *Schol.*

194—207. —Σκαιὸς ὁ λέγων—] Elegans locus, quem ſic vertit celeberrimus Hugo Grotius: [Excerpt. ex Trag. Gr. p. 192.]

A

Nil me peccet judice, ſiquis
Proavos multum ſapuiſſe neget,
Placuit thalamos quibus et feſtas
Ornare dapes carmine, lætas
Quod mulceret molliter aures:
At muliſidis nemo Camænis
Docuit Stygios ſiſtere luctus,
Undè et mortes et funeſti
Caſus totas vertêre domos.
Atqui potiùs debuit iſtis
Muſæ mederi nam quid cænâ
Ridente juvat tendere vocem,
Cum res per ſe ſit grata ſatis
Dulcis mortalibus eſca?

Quæ et pulchrè reddidit Geo. Buchananus; ſed Grotium in hâc parte præfert Barneſius. Tentavit et hunc locum non infeliciter celeberrimus Sam. Johnſon. Vide *Johnſon's Works, publiſhed by Murphy*, Vol. i. p. 161. ubi eſt etiam parodia Anglica horum verſuum, haud pari ſucceſſu facta. Conf. *Anecdotes of diſtinguiſhed Perſons*, Vol. iv. p. 182.

207. Λιγυρὰ δ' ἄχεα—] Ἀεὶ τὰ λιγυρᾶς καὶ ὀξέως τὰ ἄχεα φησὶν, ἡ μιγυρὰ Μήδεια βοᾷ. *Schol.*

212. Τὰν Ζηνὸς ἐρκίαν θήκαν,] τὰν ſcil. Θυγάτερα Ζηνὸς— *Themidem, filiam Jovis, cuſtodem jurisjurandi* [Vide ſuprà ad v. 171.] 172.

213. Ἃ νιν ἔκαον] *quæ ipſam ire fecit*— Meminerint juniores Doricum ἔκαον pro ἔκουν habere penultimam longam. α ſcil. in Dorico η ſemper longum.

215. —ἄλα νύχιον—] dicit, quia contra Veterum morem tam noctu quam interdiu navigabant. Val. Flacc. vii. 175. *Indè diem noctemque volant.* πόντια κλεῖθ'. Sic Theodorides, Anthолog. H. Steph. p. 253. [Brunck. Analect. Tom. 2. p. 44.] Κληῖδες πόντια τε, καὶ ἰσχατιαὶ Σαλαμιῖνες. κλεὶς utroque loco *portam* vel *clauſtrum* ſignificat, planè, ut apud Dionyſ. Perieg. v. 1036.—Intelligendum autem hoc loco de Boſphoro Thracio, quod clauſtrum erat Euxini. Hac enim Medea, à Colchis Theſſaliam venit. ἀπίρατον interpretari licet, *qui claudi non poteſt.* περᾶν enim *claudere*, *obſerare*, ſonat Oreſt. v. 1584. MUSGRAVE. Ingenioſa eſt et forſan melior interpretatio Brunckii: *per mare occidentale ad difficile tranſitu Boſphori clauſtrum.* Cæterum Porſonus hos tres verſus ita diſpertivit:

Δι' ἄλα νύχιον ἐφ' ἁλμυρὰν
Πόντια κλεῖθ' ἀπίρατον.

218. Κορινθίαι γυναῖκες,] Tandem in ſcenam progreditur Medea; cujus tota hæc oratio eſt pulcherrima, et poëtam ſapit ſuperioris ordinis. Prope exordium tamen quædam difficilia occurrunt; erant nempè à poëtâ exquiſitiùs elaborandа, ut Medea, quo meliùs amicitiam captaret Chori, eidem ſe oſtenderet gravem et ſententioſam. *Corinthiæ*, inquit, *mulieres, exivi è domo, ne in aliquâ re me reprehenderetis.* "Antequam," inquit Jac. Tate, "ſequentis loci difficillimi

"conemur

172. " conemur interpretationem, notandum eſt, locutionem ἁμαδ-
" τυν ἄτο poſſe uſurpari ſive de iis, qui aliquo miniſterio pu-
" blico peregrè funguntur, ſeu de iis qui domi in ſtudiis ſe
" abdiderunt. De hiſce poſterioribus non poteſt hîc intelli-
" gi, quia hi poſtea indicantur per τῶν δ' ἀφ' ἡσύχου ποδὸς.
" Nil igitur ſignificare poteſt niſi exercituum et claſſium
" præfectos, aut qui legationes publicas agunt apud exteras
" gentes. Vocem quoque δυσμὰς credo poſſe ſumi de per-
" ſonis publicis; ſed ab iis omninò diverſis, qui domi manent
" è conſpectu civium remoti; et eos denotari qui in forum
" prodeunt, atque in conſiliis et concionibus coram populo
" rempublicam tractant. Eorum utrique generi οἱ δ' ἀφ'
" ἡσύχου ποδὸς opponuntur; illis ſcilicet, quia nullo publico
" munere funguntur peregrè profecti; his autem, quia
" quamvis in civitate degant, nunquam in publicum pro-
" deunt, neque rempublicam omninò gerunt. Conſtrue igi-
" tur hoc modo et interpretare: οἶδα γὰρ πολλοὺς [μὲν] βροτῶν
" —τοὺς μὲν ἁμαρτὸν ἄπο, τοὺς δ' ἐν δυσμαῖς, σφᾶς τε γεγῶτας· τοὺς
" δ' ἀφ' ἡσύχου ποδὸς τῶν δύστηλον τοὺς βαθύρριζας ἐλισσομένους. [Sine
" ſcrupulo reſolvi οἱ δ' ἀφ' ἡσύχου ποδὸς—ἐλισσομένους, quæ per ſe
" eſt integra ſententia, in τοὺς δ'—ἐλισσομένους· quia, ut notum,
" exempla hujuſmodi ἀνακολουθίας apud Græcos ſcriptores, et
" apud ſcriptores in omni linguâ, præſertim in ſententiis
" longiuſculis, ſæpenumerò occurrunt.] *Nam bene novi*
" *multos quidem mortalium ex eo quod perſonas publicas,*
" *ſive domi ſeu foris, geſſerint, dignitatem et honorem ſibi*
" *metipſis peperiſſe; eos autem, qui viam clam, privatiſque*
" *ſtudiis deditam, tranſegerint, inque publicum minus prodie-*
" *rint, ſibi comparâſſe infamiam ſocordiæque crimen:* ſed
" iniquiſſimè; *namque aliquem damnare, ingenio ejus atque*
" *indole parùm perſpectis, ſumma certè eſt injuria.*" Hujus loci, quem valdè difficilem et intricatum agnoſcit etiam Porſonus, alii alias interpretationes excogitârunt: ſed omnium rectiſſimè ſenſum Poëtæ cepiſſe, ut ſupra, videtur J. Tate; qui porrò obſervavit " Euripidem propriam perſonam, potiùs quam
" Medeæ hîc loci ſuſtinuiſſe; atque, ut alibi interdum, obli-
" tum fuiſſe proprietatis temporum, hominum et locorum,
" dum eos perſtringere ſtudet, qui minùs rectè ſentiebant de
" ſtudiis philoſophiæ et poëſeos, quibus ipſe fuerit addictus.
" Vide infrà vv. 297. 306. vide et Hec. 257. Iph. A. 339.
" 345. et multa alia id genus loca ethici noſtri Poëtæ, τῶ
" ἐπὶ τῆς σκηνῆς φιλοσόφῳ." [Vide plura in Biblioth. Crit. Amſt. Vol. ii. p. 51. ubi auctor doctiſſimus protulit verſionem Ennii, quæ laudatur à Cicerone, Ep. ad Div. vii. 6. adjunxitque interpretationem H. Grotii.] Cæterùm Chori officium optimè depingit Horatius, Art. Poët. 193. ad quem

1 v. Classical Journal Vol. 9. 128

quem locum vide virum admodùm Reverendum Rich. Hurd, nunc epiſcopum Vigornienſem; itèm ad v. 200. ubi vir doctus ingeniosè admodùm diſſerit de ipſo hujus Tragœdiæ Choro.

223. Δίκη γὰρ ἐν—] Quæ ſic conſtrue: γὰρ δίκη ἐν ὄσσοις ἐν ὀφθαλμοῖς [τινὸς] βροτῶν ὅστις, κ.τ.λ. *Juſtitia enim non inest oculis* alicui *mortalium cuicunque*, &c.

224. ---ἐκμαθεῖν—] Euſtath. ad Il. γ. p. 415, 12---314, 48. ἐκμάθῃ. Utraque lectio proba. Sæpe enim πρὶν cum ſubjunctivo jungunt Tragici, omiſſo ἂν, quod in ſermone familiari ſemper requiritur. PORSON.

230. ---οἴχομαι δὴ] Angl. *And I am loſt going.*

232. ---φανήσεται καλὸς] Legendum puto γενήσεται καλῶς. Res enim ejuſmodi eſt, de quâ ad teſtimonium Chori rectè provocari potuit. Cantero placet γενήσεσθαι καλῶς, Reiſkio γένηται καλῶς. MUSGRAVE. ---γενήσεσθαι καλὰ edidit Bruncknius. Simpliciſſimam Muſgravii emendationem recepit Porſonus. Vulgarem benè habere putat Jac. Tate; *Ille enim, in quo omnia feliciter experiri, cognoſcere, ſentire*, &c. *mihi licebat.* Ita infrà v. 737. et 884. Ovid. *—qui nobis omnia ſolus erat.* Med. ad Jaſ. v. 162.

236. ---χρημάτων ὑπερβολῇ---] χρημάτων λόγοι τῶν εἰς τὴν φερνήν· τοῦτο δέ ὁ Εὐριπίδης ἀπὸ τῆς κατ' αὐτὸν συνηθείας λόγους· οἱ δὲ ἥρωες οὐχ ἵππους ἐπώνουν τὰς γαμετὰς, ἀλλ' ἐκ τῶν ἐναλίων αὐτοὶ ἐδίδοσαν, καθάπερ καὶ αὐτὸς ἐν ἄλλοις παρίστησι· καὶ Ὅμηρος· [Iliad. λ. 244.] Πρῶθ' ἑκατὸν βοῦς δώκεν, ἔπειτα δὲ χίλια---. ἐστὶ δὲ ἀνεκφοιτησίας· οἱ γὰρ ἥρωες τὸ ἐναλίον παρεῖχον. *Schol.*

238. ---κακῷ γὰρ τοῦτο γ' ἄλγιον κακόν.] Vulgata lectio eſt: 173.
κακῷ γὰρ τοῦδ' ἐπ' ἄλγιον κακὸν, Κύπρ, κ. τ. λ. Γὰρ refertur ad aliquid ſubauditum: Quare autem hoc dico? NAM *adhuc gravius malum* eſt *hoc malo*, &c. Vide infrà ad v. 256. Porſonus recepit vulgatam.

241. ---ἀθ' οἷόν τ'---] Vide Vol. I. ad p. 5. n. 6.

250. Η πρὸς φίλων τιν'---] Prædixerat Jac. Tate Porſonum ita hunc verſum editurum:

Η πρὸς φίλων τιν', ὦ τρέσασ πρὸς ἥλικα.

ne, puto, α pro brevi præcederet mutam ſequente liquidâ in initio proximæ vocis---ἥλικα τρομεῖς. Nam—" ubi, " inquit Porſonus, [ad Oreſt. 64.] " verbum in brevem vocalem de- " finit, eamque duæ conſonantes excipiunt, quæ brevem ma- " nere patiantur, vix credo exempla indubiæ fidei inveniri " poſſe, in quibus ſyllaba iſta producatur. " Vide ſuprà ad p. 86. v. 147. Verùm Porſonus hîc aliter vitavit proprii ſui canonis violationem, pro ἥλικα, ἥλικας ſcribens; et ſcriptionem ſuam ita ingeniosè tuetur:—" Euripides, quo judice, " unus amicus μυρίων κρείσσων ὁμιλίων (Oreſt. 796.) amico

" æqualem non opponeret. Dedi igitur πρὸς ἥλικας, *ad æ-*
" *qualium cœtum*, ut Phœniſſ. 1761. πρὸς ἥλικας φάσγηθ' ὅπως." Cæterùm pro φίλων Brunckius è duobus MSS. φίλαν, atque ita Porſonus.

252. Λέγουσι δ' ἡμᾶς—] Notus Græciſmus: ad verbum, *Dicunt autem nos quod periculorum immunem vitam agamus*, &c. Meliùs Latinè; *dicunt nos agere*, &c.

256. Ἀλλ' ἃ γὰρ—] i. e. Ἀλλὰ διά τι ὕστω λαλῶ; γὰρ ἃ κ.τ.λ. pro αὐτὸς, ſcribe cum Daweſio et Porſono, αὗτος nam eſt ὁ αὐτὸς.

261. Οὐ μητέρ',—] Ordo videtur eſſe: ἃν ἔχουσα μητέρα κ.τ.λ. μεθορμίσασθαι [ἀπὸ] τῆσδε σ. *non habens matrem*, &c. *qui portum mihi præbeant ex hâc calamitate.*

266. —ἥν τ' ἐγήματο,] Quum γαμεῖν de viro, γαμεῖσθαι de feminâ vulgò dicatur, conjicit Porſonus, ut ſarcaſmo utatur Medea, legendum ἥτις τ' (quod facilè in ἥν τ' tranſire poſſet) i. e. ἥ τ' ἐγήματο, *et* illam *cui ille nupſit*,—eodem modo quo Martialis: *uxori nubere nolo meæ*. Sed hoc Muſâ Tragicâ minùs dignum videtur. Non negat tamen Porſonus benè etiam legi poſſe, ἥ τ' ἐγήματο, ut mox 292. τὸν δόλιον, ᾧ γήμασθε, ᾗ γαμεῖσθον· ut ſit, *et illam quæ nupſit ei*. Quod autem ad γαμεῖσθαι attinet, quod de ſe uſurpat Medea, infrà 610. id mihi videtur ab illâ dictum dum animo reputaret infandum facinus quod in eam patraverat Jaſon; et proprietatem ſermonis oblita, eum indignabunda interrogat: Τί δρᾶσα; μὴν γαμεῖσα,— *Quid faciens? Num alteri feminæ nubens*—cum dixiſſe debuit—*Num alteri viro nubens*, ut tu alteram feminam matrimonio duxiſti?

267. Σιγᾶν—] *ut taceas*: hoc eſt ſcil. quod à te conſequi cupio. Alloquitur Chorum in ſing. num. quod ſolenne apud poëtas Tragicos.

274. 271. Δρᾶσον ταῦθ' ὑβρίσας γὰρ—] Vide Hurd ad Hor. Art. Poët. ubi ſuprà.

279. κἀγὼ ἄπειμι—πάλιν,] *neque revertar*— De ἄπειμι in ſenſu fut. vide Vol. I. ad p. 50. n. 5.

282. Ἐχθροὶ γὰρ ἐξιᾶσι πάντα δὴ πάλαι,] *Nam profectò inimici expediunt omnes funes.* ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν ἐκπεμπομένων ἢ καλόντων πρὸς τὸ πνεῦμα τὰς ἀρτήμονας. *Schol.* ἐξιᾶσι pro ἐξιᾶσι, ab ἐξίημι, *emitto*, Atticè. BARNES. πάλαι, accuſ. à nom. πάλως, *rudens*, gen. πάλω, Dat. πάλῳ, more Attico. In uſu eſt etiam πάλος, ου, ὁ. [Vide Odyſſ. ε, 260.] utrumque ſignificat *funis nauticus*—præſertim *quo velum ad antennam vel attrahitur vel demittitur*. Idem proverbium occurrit apud Ariſtoph. Equ. 756. Edit. Brunckii. νῦν δεῖ σε πάντα δὴ πάλων ἐξιέναι σωυτῦ, *nunc funes omnes tuas movere te oportet*; i. e. ut Dammius explicat, [in ſuo lex. voce πάλος,] *jam omnis conatus eſt tentandus.*

283.

283. Κὐκ ἔστιν--ἔκβασις.] *Non eſt littus in quod effugiam.* Comparat ſe alicui in pelago verſanti, inque hoſtis vel piratæ manus jamjam incidere metuenti. MUSGRAVE.

286. Δίδυμά σε--μὴ δράσης—] Vide ſuprà ad v. 252. ---περιαμπίσχειν Ald. et omnes editiones Brunckianam præcedentes, exceptâ Laſc. quæ παραμπίσχειν habet. παραμπίχειν A. Flor. παραμπίσχειν B. D. E. περιμπίχειν Lib. P. παραμπίχειν rectè Beckius poſt Brunckium. Vulgatum, ſed non audacter, defendit Toupius Addend. ad Theocrit. xxi, 26. cum putet idem juris eſſe liquidæ ante mutam, quod eſt mutæ ante liquidam. Nec mendoſum eſſe credit Wyttenbachius p. 55. anapæſtum fortaſsè in quartam ſedem admitti poſſe judicans. Sed demus, anapæſtos non vi ejiciendos eſſe, ſi omnes conſentiant MSS., eos certè ubi plures tollunt, fruſtra retinere coneris. Præterea Tragici nunquam in Senarios, Trochaicos, aut, puto, anapæſtos legitimos περὶ admittunt ante vocalem, ſive in eadem, ſive in diverſis vocibus. Imò ne in melica quidem verbum vel ſubſtantivum hujuſmodi compoſitionis intrare ſinunt; rarò admodum adjectivum vel adverbium. PORSON. Tum ingeniosè, ut ſolet, huic doctrinæ quæ officere videantur tollere pergit vir egregius; quem vide.

290. Λυπῇ--ἱκετεύω.] Vide Coll. Gr. Min. ad p. 31. n. 12.

294. —πρός σ' ἀπίχθεσθαι,] Rectè reſpuit Jac. Tate, πρός σ' pro πρὸς σοῦ, quod violaret canonem Daweſianum de eliſione diphthongi. Vide ſuprà ad p. 166. v. 57. Idem dubitat de conſtructione πρός σε in hoc loco; quæ tamen videtur ſatis rectè habere. Silet Porſonus vulgatum recipiens.

299. —ὅστις] Subauditur ἐκεῖνόν ἄνδρα ut antecedens. Vide ſuprà ad v. 223.

300. Παιδὰς—διδάσκεσθαι—] *Liberos edocendos curare*— Nam ita interdùm ſignificat vox media.

301. —ἄλλης, ἧς ἴχνεσιν, ἀργίας,] Pro ἀργίας, ingeniosè admodum legendum conjicit auctor doctiſſimus Bib. Crit. Amſt. [Vol. ii. p. 56.] αἰτίας, ut ſenſus ſit: *Nam præter aliam, in quam incurrunt, reprehenſionem, invidiam ſibi contrahunt.* "Poſſes," inquit Porſonus, "legere αὐτῆς pro ἄλλης. Sin "hoc diſplicet, ſumendum eſt ἄλλης πλεονασικῶς, quod in locis "quibuſdam apud Noſtrum videor legiſſe."

303. Σκαιοῖσι μὲν—] δέξῃς σκαιοῖσι πτῶσίν σ' ἀχρεῖον κ. τ. λ. 175.
videberis ſtultis nequam eſſe, &c. De voce ἀχρεῖος et ſimilibus, vide virum acutiſſimum Sam. Clarke, ad Iliad. β, 269. πτῶσίν σ', *naturâ eſſe*. Sic πτῶσις, v. 289.

324. Ῥέων φυλάσσειν,] φυλάσσειν eſt *obſervare*, ut rectè interpretatur D'Orvillius ad Chariton. p. 442. ubi vulgatam abundè contra Daweſium defendit. MUSGRAVE. Vide Dawes Miſcell. Crit. edit. alter. p. 99. et eruditiſſimum

Th. Burgeſs ad locum. Vide etiam Coll. Gr. Min. ad p. 6. n. 5. ubi quæ obſervata ſunt benè hic illuſtrantur à Scholiaſte: φυλάσσειν, inquit ille, ἀπὸ τοῦ φυλαχθῆναι ὑπ' ἄλλου· ἐνεργητικὸν ἀπὸ παθητικοῦ· τοῦτο γὰρ ἴδιος ἐστὶ τοῖς Ἀττικοῖς. Angli, in quibuſdam vocibus, utuntur ex æquo activâ et paſſivâ formâ: *eaſy to watch*, or, *to be watched*. φυλασσόμενος, in voc. med. eſt *caveo*, uti etiam tironibus notum.

325. —μὴ λόγους λέγε.] Pro λόγε, Valckenarius ad Phœn. p. 181. proponit πλέα. Sed nihil opus.

326. Ὡς ταῦτ' ἄρεσε.] *Quoniam ſtat ſententia.* ἄρω, aptè, in perf. med. ἦρμαι, Atticè ἄρσμαι. Porſonus, cum Ald. &c. ἄρεσται, quod ſecundum producit. Vide quæ idem vir egregius de hoc Doriſmo dixit, ad Oreſt. 26. 1323. Conf. Valckenar. ad Eur. Hippol. 1090.

328. Μὴ πρὸς σὶ γονέων,—] *Per genus quæſo, perque deſponſam recens.* BUCHANAN. σὶ regitur à λιτόμενος, ſubaudito. "Hîc et Phœniſſ. 866. Μὴ πρὸς σὶ γόνων,"—PORSON. Quare? Vide enim Phœn. 937. et infrà Med. 502. 715. J. TATE.

329. —Λόγους ἀναλοῖς·] *verba conſumis.* ἀναλοῖς, contractè pro ἀναλόεις, ab ἀναλόω, pro quo vulgò ἀναλίσκω.

330. —λιτάς;] *Litas?* i. e. *preces.* προσωποποιεῖα. Reſpicit Homeri locum Iliad. ι, 498. Καὶ γὰρ τε Λιταὶ εἰσι Διὸς κοῦραι, &c. BARNES.

331. Φιλῶ γὰρ—] Supple μάλιστα,—ad quod refertur γὰρ—

333. Πλὴν γὰρ τέκνων,—] Senſus eſt: "Non equidem ita-"ror te patriæ recordari, *nam præter liberos* patria mea *eſt* "*mihi ſaltèm longè chariſſima.*" Fortiùs autem Cicero: [De Off. Lib. i. 17.] "Cari ſunt parentes, cari liberi, "propinqui, familiares; ſed omnes omnium caritates patria "una complexa eſt; pro quâ quis bonus dubitet mortem "oppetere, ſi ei ſit profuturus?" Cæterùm pro πολὺ, Brunckius et Porſonus è tribus MSS. πόλις.

335. Ὅπως ἂν εἶμι—] ἔστω—φησὶ· μὴ κατασκόπει τὰς ἔριδας· εἴθ' ὅτι γὰρ ἀγαθόν τι ποιῶν, εἴθ' ὅτι δὶ κακὸν, ὡς ἂν ἡ τύχη παραγένοιτο. *Schol.*

176. 338. Πονῶμεν ἡμεῖς, κοὐ πόνων ἀιχμώμεθα.] Hunc verſum nullâ operâ explices. Lego: πόνος μὲν· ἡμῖν δ' ὁ πόνος ἀιχμώμεθα; *Moleſtia quidem eſt; at nos nonne in moleſtiis verſamur?* πόνος ſubaudito ἔστι, ut κίνδυνος Androm. v. 86. MUSGRAVE. Atqui lectio vulgata non debuit ſollicitari. Rectè Buchananus: *Curæ premunt me, nec ego curis novis.* Senſus eſt: "Tu jubes me liberare te curis meo exilio; ſed ego oppri-"mor curis, non tu: nec opus eſt mihi aliis, quas ſcil. exili-"um ſecum afferet." Χρήσιμος interdùm ſignificat *indigeo*: ſic, Odyſſ. ω, 13. —οὔτε τιν' ἄλλην ἀνὴρ γυναικὸς, *reditûs indigentem atque uxoris.* item ρ, 421. τ, 77. et alibi; ubi notandum,

tandum, et in Eur. et in Hom. verbum in hoc ſenſu conſtrui cum genitivo. Porſonus dedit et laudat quam vocat certiſſimam Muſgravii conjecturam; non, opinor, cum ſolito ſuo ſubacto judicio.

339. ἀθύρτῳ—] ἀθύρτῳ certè ab ἄθω. JAC. TATE. Porſonus ἀθύρτου, ſecundum orthographiam, quam in hujuſmodi ſecundis perſonis conſtanter ſervavit. Sic infrà, 543. ἀπαλλάσσου. 355. τύχῃς. 358. θάνῃς. &c. Vide Præf. ad Hec.

342. Φιλεῖμεθ'] More Dorico, atque, ut videtur, Attico, pro φιλούμεθα. Vide infrà v. 345. et 350.

352. —ἴφυ—] *eſt*. Vide ſuprà ad Œd. Tyr. v. 9. p. 113.

353. Αἰδήμων δὲ, πολλὰ δὴ διώλεσα.] *Quin ſæpè damno mihi meus pudor fuit.* BUCHANAN.

354. —ἐγὼ μὲν ἐξαμαρτάνειν,] *equidem video me errare.* Vide ſuprà ad v. 290.

359. —ἐφ' ἡμέραν—] Porſonus ἔθ' ἡμέραν.

362. —τῶν σῶν ἀχέων.] Supple δικὴ. Vide ſuprà ad v. 96.

366. —κλύδωνα—κακῶν—] Sic incomparabilis Shakeſpe- 177.
rius: *a ſea of troubles.*

368. —Κακῶς πέπραγέναι παλαχῇ·] Cf. *Thomſon's Tancred and Sigiſmunda*, Act iii. Sc. 3.

369. Ἀλλ' ὅτι ταῦτη ταῦτα,] Rectè Muſgravius: *Sed non ſic hæc* abibunt. i. e. ταῦτα πράξωσιν ὡς ἀπολοῦνται ἐν ταύτῃ τῇ ὁδῷ. Conf. Valckenaer. ad Eur. Hip. 41.

376. —ἐξὸν αὐτῷ—] *cùm ipſe poſſet.* ἐξὸν, particip. ab ἔξεστι, *licet*, abſolutè ſumitur. Sic παρὸν, infrà, v. 453.

384. Σιγῇ δόμους—] Vide ſuprà v. 41. Valckenarius ad Phœn. p. 433. et hunc et verſum 41 delet.

387. —γήλων.] Accuſat. à γήλως, ω, more Attico. Vulgò in gen. γήλωτος.

388. —τὴν τιθήνην.] i. e. κατὰ τὴν τιθήνην ὁδὸν.

389. Σοφαὶ—] Meminerint tirones Daweſiani canonis: Si mulier de ſe loquens, pluralem adhibet numerum, genus etiam adhibet maſculinum; ſi maſculinum adhibet genus, numerum etiam adhibet pluralem. PORSON, ad Hec. 515. Quod hìc oblitus eſt ipſe vir accuratiſſimus, ſinens σοφαὶ pro σοφοὶ manere in ſuâ edit. ut obſervavit Jac. Tate. Sed vide infrà ad v. 858.

391. Καὶ δὴ τεθνᾶσι·] *et jam mortui ſunt*, τεθνᾶσι per ſync. pro τεθνήκασι.

394. Οἷα ἴσα·] Quàm mirè elucet per totam hanc oratio- 178.
nem ferox quædam ſublimitas, quæ optimè convenit cum perſonâ Medeæ.

403. Χαίρων—] *impunè*. Vide Toupii Notas ad Longi-
num, p. 318. edit. in 8vo. ubi vir acutus hanc ſignificatio-

nem

nem tuetur multis exemplis, ex quibus eſt hicce locus Euripidis.

406. —*φόνῳ—βωλεύσατε*] Vide ſuprà ad v. 354. Cæterùm Medea, per pulcherrimam apoſtrophen, ſeipſam alloquitur.

410. *Τοῖς Σισυφείοις*·] i. e. Creonti et illius familiæ; is enim erat filius prædonis Siſyphi: per contemptum autem vocat eos *Siſyphios*. BARNES.

412. *Ἐπίστασαι δ'*·] *Perita es ipſa. σοφίσμασιν, ita naturâ comparatæ ſumus ut*, &c.

415. *Ἀνω ποταμῶν ἱερῶν—*] *παροιμία ἐπὶ τῶν ἐκ βαθέως γινομένων. κίχρηλαι καὶ Αἰσχύλος καὶ Εὐριπίδης.* HESYCHIUS. *ἐπίτηδες—δόλιαί εἰσιν αἱ γυναῖκες, ἀλλ' οἱ ἄνδρες. Schol.* Conf. Hor. Lib. i. Od. 29. v. 10.

416. *Χωροῦσι—*] *Χωροῦσιν πυγαί*, ut concordet cum antiſtrophe, 427. *Λαῖφος ἀοιδᾶν.* et v. 421. *Στρίψωσι* pro *Στρέψωσι*, ut reſpondeat ad 432. *—ταχύ' ἂν—* JAC. TATE. Porſonus, cum Heathio, in ſecundo antiſtrophes primæ, dedit *λαῖφος ἀοιδᾶν*. Idem è duobus verſibus in Strophe primâ, ſcil. ſeptimo et octavo, fecit unum; nec non in Antiſtrophe primâ. Atque tertium in Strophe ſecundâ incipere fecit à *δεδίκασμαι*, eundemque in Antiſtrophe ſecundâ à *μίσει* pro *μισεῖ*. Cujus in v. primo, pro *ἐδέξατ' αἰδὼς* dedit *ἐδέξατ' ἦν αἰδὼς*.

418. *—Θεῶν Δ' ἐπίσχε πίστις ἄρκος.*] *Nec pacta fides Diis ſat certa eſt.* BUCHANAN. Porſonus *ἄρκος*, ut antea, v. 326.

420. *Τὰν δ' ἐμὰν εὔκλειαν—*] Hæc ita conſtrui poſſunt: *δὲ φᾶμαι τρέψουσι τὰν ἐμὰν βιοτὰν ἔχειν εὔκλειαν· fama autem convertit meam vitam* [i. e. *vitam muliebrem*] *habere* [i. e. *ita ut habeat*] *gloriam. φᾶμαι* plur. pro ſing. num. ut ſæpè apud poëtas.

179. 426. *Μοῦσαι δὲ—*] Ordo eſt: *Μοῦσαι ᾗ ὑμνοῦσαι* [Dor. pro *ὑμνοῦσαι*] *τὰν ἐμὰν ἀπιστοσύναν, λαῖφος παλαιγενῶν ἀοιδᾶν* [Dor. pro *ἀοιδῶν*.] *Muſæ autem quæ ſolebant celebrare meam* [i. e. *mulierum*] *perfidiam, deſinent priſcorum carminum.* [Sic Hor. *Deſine querelarum.*] Conjicit Muſgravius poëtam hic alludere ad poëmata Archilochi, qui Euripidi *παλαιγένης*, licet non Medeæ.

429. *Οὐ γὰρ ἐν ἀμετέρᾳ γνώμᾳ—*] *γὰρ* refertur ad id quod ſubauditur: Nobis mulieribus non datum eſt memoriæ prodere perfidiam hominis, *nam—* Cætera benè explicantur à Scholiaſte: *ὁ γὰρ ἐν ἡμετέρᾳ γνώμῃ τὴν τῆς λύρας θέσιν ἀοιδὸν ἐδημίουργησατο Ἀπόλλων, ὃ δύνασαι ἴσμεν ἡμεῖς αἱ γυναῖκες πεποιήματα γεγραφεν· ἴσως τάχα ἂν αἱ γυναῖκες ἀβλεπωμεῖδεν τοὺς ἄνδρας, τὸ ᾗ ἑαυτῶν φύσει ἐπήνεν, κατὰ τὸν τῦ λέοντος μῦθον. Λέων γὰρ ἰδὼν λεοντα ὑπ' ἀνδρὸς ἀλισκόμενον ἐν γεγραφῇ, εἶπεν, ᾗ ἡμεῖς ἂν ἐδείμεν γεγραφεν, ἢ πλάσσειν, ὡς πάλαιν ἂν οἱ ἄνθρωποι ὑπὸ λεόντων ἀλίσκεσθαι ὑπὸ λεόντων.* Cæterùm *ἀλίσκεσθ' ἂν* eſt *ἀλίσκεσθαι ἂν*, prim. perſ. ut monuit

monuit vir egregius Th. Tyrwhitt. In quibuſdam editt. malè ſcribitur ἀνλαχήσαν.

438. —διδύμους ὀρίσασα πόντου πίτρους·] ὀρίσασα, ἀντὶ τοῦ διαστήλασα καὶ διεξελθοῦσα τὰς Συμπληγάδας· ἤτοι διαπλεύσασα καὶ διελθοῦσα. *Schol.* [Vide ſuprà ad v. 1, 2.] Ex hoc verſu collato cum Æſchyli Supplic. 555. crediderim ὁρίζειν idem aliquando ſignificare quod περᾶν. MUSGRAVE.

441. —τὰς ἀνάνδρου κοίτας ἀλίσασα λέκτρων—] Tales pleonaſmi apud tragicos abundant et interdum reciprocantur, ut Noſter Troad. 609. dixit θρόνων ἐδωλοί. Sic κοίτας λέκτρων Med. 436. (441.) λέκτρων κοίτας Alc. 946. PORSON, ad Hec. 302. Angl. *having loſt thy bed*, or *the enjoyments of thy bed, now widowed.*

444. Βίοκτι δ' ἔρκων χάρις,] *Periit reverentia jurisjurandi.* BUCHANAN.

447. Σοὶ δ' ἔστι πατρὸς δόμος,] *Tibi autem non eſt paterna domus, miſera, μεθορμίσασθαι παρὰ μόχθων τῶνδε λεκτρων, in quam ceu portum fugias è curis hujus thalami, ἄλλα κρείσσων βασίλεια ἑστία δόμους, alia potentior regina præeſt* huic *domui.* ἄλλα, Dor. pro ἄλλη, uti Heathius notavit. Porſonus ἕστα pro ἕδη et πάρα, (i. e. πάρεισι) pro παρὰ· et τῶν δὲ pro τῶνδε. "Nihil," inquit, "in textu mutavi, præter accentus et diſtinctiones; totum vero locum ita legendum puto; Σοὶ δ' ἔστι πατρὸς δόμος, Δύστηνε, μεθορμίσασθαι Μόχθων πάρα, σὺν τί λέκτρων Αλλα βασίλεια---πάρα Laſc. μεθορμίσασθαι genitivum regit ut ſuprà 260. (262.) Alc, 809." Feliciſſima quidem emendatio!

451. Οὐ νῦν κατεῖδον—] Notus Græciſmus, quaſi dicas Latinè; *Non nunc primùm animadverti aſperam iram quàm intractabile malum ſit;* pro eo quod eſt: *non nunc primùm animadverti quàm ſit intractabile malum aſpera ira.* Vide ſuprà ad v. 252.

453. Σοὶ γὰρ παρὸν—] *Tibi enim cum liceret,*— Vide ſuprà ad v. 376. 180.

456. Καὶμοὶ μὲν οὐδὲν πρᾶγμα,] ἴσι ſcil. *Et mea quidem nihil refert,* [καὶ'] ἃ μὴ ποτὲ πείσῃ λέγειν' ὡς, κ. τ. λ. quod ad ea attinet *quæ nunquam dicere deſinis*, &c. ἃ δ' ἐς τυράννους ἴσι σοι λελεγμένα, elegans locutio, quâ et Latini interdum utuntur: *dicta ſunt tibi*, i. e. *dicta ſunt à te.* πᾶν κέρδος ἡγοῦ ζημιωμένη Φυγῇ, *omne id lucrum eſſe putes te exilio tantùm puniri.* Hic uſus participii poſt verbum, ubi Latini infinitivo utuntur, notus eſt Helleniſmus. Sed notandum, participium poſt verbum poni tantùm in caſu nominativo, ut hîc, quum ſermo in eadem perſonâ manet; quum autem fit tranſitus à perſonâ ad perſonam, caſus participii mutatur; ſic, ἡγοῦ αὐτὸν ζημιωμένον, *putes eum puniri.* [Vide Vigerum, p. 330. edit. primâ

That bad'ſt thou ſprung
In deſarts, where no men abide,
Thou muſt have uncommended died.

Conf. *Gray's* Elegy:
Full many a flow'r is born to bluſh unſeen— Idem.

547. Εἴη δ' ἥσυχος—] Conf. Tyrtæum, Coll. Gr. Min. et Theocritum, infrà Idyll. viii. 53.

183. 553. —δείξω—σοφὸς γεγώς,] *monſtrabo me prudentem fuiſſe.* [Vide ſuprà ad v. 26.] Hanc quidem locutionem Latini interdùm imitantur. Sic Virg. Æneid. ii. 377. *Senſit medios delapſus in boſtes.* Ubi vir celeberrimus, Chr. G. Heyne; "*ſenſit delapſus*, ἤσθετ' ἰὼν πεσών, ut notum, ad formam Græcam, *intellexit ſe in boſtem incidiſſe.*"

555. —ἀλλ' ἴχ' ἥσυχος.] Vide ſuprà ad v. 33. 90.

560. —ἰχθραίνων λίχες,] ἰχθραίνων vulgo, ſed ἰχθαίρων Brunckius ex A. Fl. Jam monui [ad Oreſt. 292.] Tragicos ſemper ἰχθαίρω, nunquam ἰχθραίνω. PORSON.

569. Εἰς ταυτὸ θεῖναι·] *unum genus facerem.* ταυτὸ eſt τὸ αὐτό.

570. —σοί τι γὰρ παιδῶν τί δεῖ;] Interrogatio hoc modo affirmativè poſita idem eſt ac indirecta negatio. Reddas igitur hoc modo: *neque tibi quicquam amplius opus eſt liberis: et ad meam utilitatem conducet vel maximè futurorum liberorum operâ eos, qui jam ſunt, adjuvare.* JAC. TATE. Vel ut Buchananus, laudante Heathio: *liberis ſanè tibi Haud opus eſt aliis; mihi verò utile eſt, Conſulere natis per futura pignora.*

571. —λύει—] Heſychius: λύει, λυπεῖ τὴν λυπητελῆ. Phavorinus: λύει, ἀντὶ τῆ λυπητελῆ. Conf. Sophocl. Œd. Tyr. v. 317. ejuſdem Electr. v. 1005, &c. MUSGRAVE.

578. —χρῆν γὰρ ἄλλοθέν ποθεν βροτοὺς] Hujuſmodi ſententiarum frequens repetitio [Conf. Hippolyt. 621.] videntur, nec immeritò, in cauſâ eſſe quare Euripides dictus eſſet veteribus Μισογύνης.

582. —παρὰ γνώμην] *præter voluntatem.* Angl. *with reluctance.*

184. 585. Ἐμοὶ γὰρ,—ὀφλισκάνει.] *Mihi enim quiſquis injuſtus cum ſit, eſt tamen ſapiens in dicendo, dignus eſt in quem ſæviatur.* De verbo ὀφλισκάνειν, adi Viger. de Idiotiſmis, Cap. v. Sect. x. Conf. Sophocl. Œd. Tyr. ſuprà ad v. 509. p. 129.

597. Πρὸς γῆρας—] Cur πρὸς γῆρας; Credo quia ætate provecti non amore, ſed ambitione, duci ſolent. MUSGRAVE.

612. Ἀρὰς—ἀραμένη,] *imprecationes—imprecans.* [Vide ſuprà ad Œd. Tyr. v. 2. p. 113. item Vol. i. ad p. 31. n. 11.] κἀγὼ [ἴσως] τυγχάνω ἴσα ἀραῖα σοῖς δόμοις, *et ego diris devoveor tuis ædibus.*

630.

630. —σὺν θεῷ δ' ἐρήσεται,] *cum deo autem dicetur.* ἐρήσεται, 185.
ſub formâ med. paſſivè ſignificat: quod et aliis verbis uſu venit; uti notavit doctiſſimus Kuſterus, de vero uſu Verbb. Med. Sect. iii. Vide etiam Vol. I. ad p. 99. n. 1. et Porſonum ad Med. 335. (339.)

632. Ἔρωτες,—] Medeæ violentia anſam Choro præbet hujus cantilenæ pulcherrimæ. Strophe prima ſic Latinè redditur à celeberrimo Hugone Grotio: *Quicunque modum non ſervat Amor, Hunc et Virtus et Fama fugit: At ſi veniat moderata Venus, nulla eſt æquè pulchra deorum. Parce, auratos, dea, parce, precor, Arcus in me tentare tuos: Parce indomita ſtringere tela, Deſiderii tincta veneno.* ἐπ' ἐμοί, eſt *propter me, mei cauſâ.* [Sic infrà, ἐτέροις ἐπὶ λέκτροις.] χρυσέων τόξων, ſupple ἀπὸ, *ab aureo tuo arcu.*

634-5. Οὐδ' ἀρετὰν κ.τ.λ.] E duobus verſiculis feci unum hexametrum hîc, [Οὐδ' ἀρετὰν παρέδωκαν ἐν ἀνδράσιν, οἱ δ' ἄλις ἔλθοι—] et infrà 643. [Μηδέποτ' ἀμφιλογὺς ἐριδας, ἀκορέσσατά τε νείκη,—] Objici quidem poteſt non rectè in tertio loco tertii verſus Strophici poſitum eſſe dactylum, cum ſpondeus ſit in tertiâ Antiſtrophici ſede. Sed hanc legem ſibi natam negant Tragici, præſertim in vulgatis verſuum generibus; vide Androm. 135. 141. Deinde ἐν interpoſito, ingratus duarum ſyllabarum concurſus vitatur ἀν ἀν. Quam facilè ſyllaba ἐν excidere potuerit, nihil attinet dicere. PORSON.

640. —ἄφυκτον αἰῶνα.] οἰῶν eſt diſſyllabon, ut ſemper apud Atticos. Vide egregiam Pierſoni notam ad Mærin. p. 272. *Idem.*

643—649. Μηδέ ποτ' ἀμφιλόγους—] Ordo eſt: μηδὲ βάλοιμι [ἐμαυτὸν] πρὸς ἀμφιλόγους ἐριδας τε ἀκορέσσατα νείκη, ἐκπλάξασα θυμὸν ἐφ' ἑτέροις λέκτροις, κ. τ. λ. *ne accedam ad ambiguas iras et inſatiabiles rixas, animum percellens propter alium lectum: O potens Venus, quæ pacata conjugia veneraris, fagax ad judicandum de lectis mulierum.* Pro Προσβάλοιμι, &c. Porſonus, è quibuſdam MSS. dedit,

Πρὸς τοῦδε βάλοι δεινὰ Κύπρις, ἀ-
πλολίμους δ' ἐνὰς σθένζων',
Οξύφρων κρίνοι, κ.τ.λ.

"Aptius," ait, "forſan metra congruerent, ſi legeremus, ἀλλ' "ἀπολίμους ἐνὰς." 186.

652. —ἀμηχανίας] Supple ἔνεκα, *ob conſilii inopiam.*

659. —ὧν ἐξ ἑτέρων μύθων ἔχομεν φρασάσθαι.] Angl. *we have not to tell it to each other from hearſay.*

662. Ῥᾴδιος—] ῥᾴδιον Porſonus ex conjecturâ Muſgravii. Mox πάρεστι et ἀνοίξαιμι membranæ.

665. —καθαρὰν ἀνοίξαιμι κλῃδα φρενῶν·] Conf. *The Progreſs of Poeſy*, ſublimem Oden poëtæ celeberrimi Thomæ

aut quomodo *prehendes liberos tuos manu, atque ex animo, infandam adhibens audaciam?* πῶς ϛ—προσβαλοῦσα ὄμμασι τέκνοις—σχήσεις ἀδακρυν μοῖραν; *Et quomodo, oculis in filios conjectis, tenebis sortem lacrymarum expertem?* Quæ sequuntur ἰλλειπλινὰ videntur et abrupta, uti decuit personam graviter commotam: φόνου δ' ἀνάγκη, [supple ἐπιχειρεῖν] παῖδων τιτηνῶν ἱκετῶν, [ἀ δυνάστη] ἐν τλάμοσι θυμῷ τύχῃ χέρα φονεύσει i. e. ἐν φόνῳ. *Cædem* aggredi *non poteris; liberis supplicibus cadentibus*,—non poteris *audaci animo tingere manum cæde.* Pro Σχήσεις; φόνου Porsonus dedit Σχήσεις φόνῳ; quod certè multò melius.

872. Οὐκ ἄν γ' ἀμάξοις τοῦδ' ἐτ',—] *non ampliùs hâc re saltem fruſtraberis.* Porsonus edidit, Οὔ τ' ἂν ἀμάξοις τοῦδ γ', scil. τ' pro τοι, non ut possit elidi diphthongus in τοι, sed per crasin vocalem in ἄν longam efficit.

875 —τὰς δ' ἐμὰς ὀργὰς φέρειν Εἰκὸς γ',—] Pro εἰκὸς γ', Bruncknius dedit εἰκός σ',—

876. —ὑπουργήσασι—] *præſtita sunt*—Hoc verbum, vulgò deponens, sumitur hîc sensu passivo.

882. Γήμας τύραννον,] *ducens puellam regiam.* τύραννος, *i. e.*

885. —οἰδα δ' χθόνα Φθίνγοῦσας ἡμᾶς,] Angl. *I am sensible that we fled from the* Thessalian *land*,— Ita Barnesius et Musgravius. Malè, ut opinor. De se solâ loquitur Medea, et in plur. masc. [Vide suprà ad v. 858. et 389.] Vertas igitur: *Novi autem me fugere hanc terram, et indigere amicis.* Vide infrà ad v. 939.

887. —ἠθόμην—ἔχουσα] Vide suprà ad v. 26.

894. —οἷον ἰσμὲν, οὐκ ἐμῷ κακὸν—] Sic Virg. Æn. iv. 569. *Varium et mutabile semper fœmina.* 194.

909. Χρόνῳ—] *tandem, post longum tempus*—

911, 912. Κἄμοι κατ' ὄσσων—] Constructio est: Καὶ χλερὸν δάκρυ καθωρμήθη [ἀπ'] ὄσσων μου, *Et tenera lachryma erupit ex oculis mihi*, Καὶ μὴ προδοῦσα, *Atque utinam non evadat majus malum, quam nunc est!*

914. —ὀργὰς ποιεῖσθαι—] *iras concipere*— [Vide Vol. I. ad p. 130. n. 4.] πόσει γε παρὰ μικρολῶντι ἀλλοίας γάμους, *in maritum saltèm qui alienas nuptias comparat.*

916. —μισθὸς ἥκει—] Tempus est quod vocant præs. pers. et subauditur pron. reciprocum. Vide Vol. I. ad p. 3. n. 7.

917. —ἀλλὰ τῷ χρόνῳ.] *Sed serò.*

927. Αὐτὴ] Αὐτὴ Reiskius; quod recepit Porsonus. 195.

933. Γυνὴ δὲ, θῆλυ, κἄπι δακρύοις ἱφυ.] *Mulier verò est naturâ aliquid molle, et ad lacrymas proclive.* Musgrave. Vide suprà ad v. 894. et ad Œd. Tyr. v. 9. p. 113.

938. —μνήσθ' ὁμοῖ—] edd. MSS. X. II. 835. Sed μεμνῆσθαι pro var. lect. A. rectè. Hac formâ hujus verbi, ab Homero

Homero etiam adhibitâ Il. χ. 390. ſemper utuntur Tragici, illâ nunquam. Idem dici poteſt de κλυθόμαι et κικλήσκομαι. Sed βλυθόμαι et βιόλλόμαι promiſcuè uſurpant. PORSON.

939—942.] Conſtructio eſt: Ἐκὸς δοκεῖ τύραννοις γῆς, ἀποστέλλειν ὅμιλ, ἢ ταῦτ [ſcil. τὸ ἀποστέλλειν ταύτης τῆς γῆς] ἰσῖ λῷστ μοι, ὅπῳ γινώσκω καλῶς, ἢ τὸ μὴ τείνειν ἰκετεύειν σοι τε τοῖς τε κειράνοις χθονὸς [ἰσῖ λῷστ.] κ.τ.λ. JAC. TATE.

952. —ἃ καλλιστεύεται—] h. e. ἃ τῶν νῦν ἐν ἀνθρώποις ὄλβων κατὰ πολὺ καλλιστά ἐσῖι. VALCKENAER.

965. —δῶμα βασίλειον πίπλων;] Proponit Jac. Tate βασιλικὸν, tum quia credit hoc magis Atticum, [Vide v. 18. et 552.] tum quod dubitat an βασίλειον ſtare poſſit in iſto Senarii loco. Ad Porſonum provocat, Hec. 81. —" πατρώῳ. Sic " edidi, licet omnia exemplaria πατρῴῳ habeant. Cum enim " Attici πάτρῳος et πατρῷος promiſcuè uſurpent, cur ad li- " centiam poëticam, nulla neceſſitate cogente, provocemus?" et ad Valckenarium, Hippol. 307. Μὰ τὸν ἄπονον ἱππείαν, κ.τ.λ. " Hanc formam ex Cod. Paris. repoſui pro ἱππείαν æquè " bonâ, ſed in hac ſede Senarii vitioſa, quia non ſolet à Tra- " gicis in ullâ voce, quod meminerim, corripi diphthongus ει. " Hac de re dictum eſt aliquoties in Eur. Phœn. ubi mentio " quoque fit ἱππίᾳ θεῷ v. 1701." (1721.) ubi ita Porſonus: " δώμασ' ἱππείαν Ald. meliùs diſtinxit Valckenarius. ἱππίᾳ " MSS. quod hoc ſolo nomine rectius eſt, quod iambum pro " ſpondeo præbeat. " Non igitur dubitat Jac. Tate quin Porſonus, hîc editurus eſſet βασιλικὸν. Certè βασίλειος et βασιλικὸς promiſcuè utuntur Tragici. Sed manet βασίλειον, ſilente Porſono. Quanquam enim ille malit iambum quam ſpondeum in quinto ſenarii loco, non velle videtur ſpondeum exindè omninò exulare: et forſan βασίλειος ſæpius eodem modo poſitum occurrit quàm quod debeat mutari. Sic, Helen. 143. 1542. —βασιλείους δόμους. et Bacch. 746. —βασιλείους κόμας, ubi dactylus et tribrachys præcedunt ſpondeum in quintâ ſede.

986-7. Θάσσι,—] Porſonus edidit, Θάσσι τὸν Αἴδα κόσμον αὐτὰ γ' ἐν χεροῖν λαβοῦσα.

989. Χρυσιόπυλον—] Hic verſus non omninò cum ſtrophico congruit. Scio quàm periculoſum ſit nova verba confingere, ſed analogiæ conveniret χρυσιόπλευρον. PORSON.

991. —ἵππους] *rete.* Hom. Od. χ. 469, &c. MUSGRAVE. 197.

993. Προσλήψεται—] Porſonus dedit:

Προσλήψεται δύσαιν', ἄ-
ταν δ' ἐκ ὑπεκδραμεῖται.

" ὑπεκφύξεται edd. MSS. quod, " inquit, " metrum apertè " vitiat. Dedi ὑπεκδραμεῖται, quod non ſemel occurrit apud

affatim invenerunt, et corpora liberorum ad puberem ætatem pervenerunt, et bi frugi facti ſunt: ἐι δὲ ἀτῷ δαίμων κομίσει —θάνατος φερῶν πρόφαιν σώματα τέκνων ἐς ἅιδου. *Si autem bicce dæmon occurrat, Mors* ſcilicet; *et evanidus ferat corpora liberorum ad Plutona.* Πῶς ἂν λύσι [i. e. λυσιτελῶ, uti ſuprà, v. 571.] δοὺς, πρὸς τοῖς ἄλλοις, ἐκβαλλειν θυγατέρ' τόδ' ἔτι ἀναφορᾶτον λύπην ὄντων παίδων; Ubi notandum πρὸς cum dat. ſignificare Angl. *in addition to.*

1117. Σώματά τ' κ. τ. λ.] Σώματά δ' ἦσαν ἐκτὸς τέκνων. Propter numeros ſedem præpoſitionis mutavi et ἀναστροφὴν feci, qualis eſt ſuprà 105. (106.) PORSON.

1126. Καρδοκῶ τοιοῦτόν οἱ προβήσεσθαι,] Anxiè *expecto ab illâ parte quò evaſura ſint.* δέδοχα, præſ. perf. Angl. *I ſee.*

1128. —κτύπημα τ' ἐρεθισμένον· Δάκνουσι δ'—] Mutavi diſtinctionem, et pro Δάκνουσι δ' dedi δάκνουσιν,— PORSON.

1132. Λιτῶν'—] Quid ſibi velit λιτῶν non video. Forſan *αἰτῶν petens.* Nemo enim tibi vel navim vel currum commodabit. JORTIN. Stare poteſt λιτῶν' *nec omiſſâ navi nec curru:* ait enim omnigenis vehiculis opus fore. T. YOUNG.

202. 1139. —τυράννων ἑστίας ἡσεμένη,] *quæ cum injuriâ afficiendos curaveris lares regios.* ἡσεμένη, perf. part. paſſ. in ſenſu med. ut ſæpè fit apud Scriptores Græcos. Sic Xen. Cyr. Lib. vi. haud longè ab init. ἀνακεκαμισμένοι ἦσαν ἐς ἐρύματα, *ea* [τὰ ἐπιτήδεια ſcil.] *in munitiones ſubvehenda curârunt.* Ibidem lib. vi. p. 529. Edit. Hutch. in 4to. ἤδη ἑστηκότα αὐτὸν καὶ ἐστικέναι ὂν ἔχειν ἀκινάκην ἠρέσκετο. Angl. *and they find him now ſtanding and having drawn his ſcimitar which he uſed to wear.* Vide Kuſter de Verbb. mediis. i. 56.

1143. Λέξω δὲ πῶς—] Scribendum è codice Flor. Λέξω δ' ὅπως. VALCKENAER; ut notavit Jac. Tate; quod recepit Porſonus.

1149. —νεῖκος ἑστῆσθαι τὸ πρίν.] *diremiſſe priorem veſtram diſcordiam.* σπένδω, *libo*, σπένδεσθαι, in voce med. *libare inter ſe.* quod facere ſolebant fœdus mutuò inituri; indè ſignificabat id quod eſt Latinè, *fœdus inire, icere, vel ferire;* item *paciſci, amicitiam inter ſe contrahere*, &c. νεῖκος σπένδεσθαι eſt *litem* vel *diſcordiam dirimere*, quaſi mutuò libando. Perf. autem paſſ. hîc ſumitur in ſenſu med. uti ſuprà. Mox pro κύνει lege κυνῆ.

1152. Στύγιος—] Supple ἀὴρ.

1154. —τέκνων σῶν—ξυνόρους,] *tuorum liberorum gemina ſoboles.* Suprà v. 1145. dicuntur τέκνων δίπτυχος γονή. Et eadem phraſis extat Phœniſſ. v. 1092. Σύνορος autem *par quodvis* ſonat. BARNES.

1164. —ἰκνῶ χάριν.] Supple ἐς· in *meam gratiam.* Exempla occurrunt paſſim.

1166.

1166. Αλλ' ἦνε' ἀνδρὶ πάσῃ·] *Sed aſſenſa eſt viro in omnibus:* ἡ περὶ πατέρα ἡ παῖδας οἵᾳ ἀπέστω [κατὰ] μαχρὰν [ὁδὸν] —Syntaxis nota tironibus.

1173. —παλλεύκῳ ποδὶ,] *Pedem album* dixit Eur. de pede albis calceis ornato. Erant autem albi calcei mulieribus proprii, teſte Polluc. 7. 22. Arnald. Animadverſ. p. 20. edit. Lipſ. 1788. " Somniâſſe videtur Arnaldus; nam ut cætera " taceam, Pollux non mulieribus ſed meretricibus albos cal- " ceos tribuit. " T. YOUNG. 203.

1178. —καὶ μόλις φθάνω—] μὴ στεῶν χαμαί, Angl. *and with difficulty prevents herſelf from falling on the floor,* [Vide Coll. Gr. Min. ad p. 38. n. 8.] ἐμπεσοῦσα θρόνοις, *by falling into a ſeat.*

1181. —Παντὸς ἐργάς,] Hinc Παντὰ δέματα. BARNES. [Vide Vol. I. p. 330.] ἤ τινος θεῶν, hoc eſt, ἤ τινος ἄλλου θεῶν. ut loquuntur optimi Scriptores. ARNALDUS.

1183. —ὀμμάτων τ' ἀπὸ—] Eſt hoc loco tmeſis pro ἀποστρέψασά τι κ. τ. ε. *Et pupillas oculorum retorquentem.* HEATH.

1185. Εἶτ' ἀνῄμωλιον—] Angl. *Then ſhe* [γραῒς ſcil.] *uttered a dreadful lamentation reſponſive to her former ſhriek.*

1186. —ἰὼὼς δ' ἣ μὲν—ἡ δὲ—] *Statim autem alia quidem —alia verò—*

1189. —δρομήμασι.] Scribe cum Porſono δρομήμασιν.

1190. Ἤδη δ' ἀνίλκων—] Ordo eſt: Ἤδη ὁ ταχὺς βαδιστὴς—[νόσῳ ſcil.] ἀνίλκων κῶλον ἔκπλεθρον ἀνθίκλητο τερμόνων δρόμου. *Jam verò velox curſor*—morbus ſcil.—*tollens pedem immenſis paſſibus metam curſûs attingebat.* Difficultatem, quæ hîc cruci dedit Muſgravium, non malè, ut mihi videtur, expediverat Scholiaſtes: Ἤδη ὁ καὶ ταχὺς βαδιστὴς τὸ ὑπέρμετρον ἑαυτῷ κῶλον ἀνίλκων, τῶν τερμόνων τῆ δρόμου ἀνθίκλητο· ὡς ταχὺς βαδιστὴς ἵππος, τυπήσιν ἀδὴ ἡ ταχεῖα νόσος ὀξὺ καὶ ὑπερμέτρου ὑπερβαίνουσα τῶν μυελῶν αὐτὴς ἀνθίκλητο· ὁ ὁ νῦς, ἤδη δὲ καὶ τὸ πῦρ τῶν ὀστῶν ἀνθίκλητο, ὡς ταχὺς βαδιστὴς ἵππος ταχέως ἀφίκται εἰς τὸν καμπτῆρα. —πλέθρου δὲ ἐστι μέτρου γῆς· ἔκπλεθρου δὲ, μέγα πλῆθος, καὶ ὑπερβαῖνου πλέθρου μέτρου.

1192. Ἡ δ' ἐξ ἀναύδου καὶ μύσαντος ὄμματος—] Non opus eſt ut cum Barn. legatur ὄμματα. Æquè enim dicitur μύειν ὀφθαλμὸς ac ἄνθρωπος τὸν ὀφθαλμὸν μύειν. Hom. Iliad. ω, 637. HEATH. *Illa autem ex mutâ, et clauſo oculo.* Angl. *after being for ſome time ſilent, with her eyes cloſed.*

1196. —ἴω—] Ab obſoleto ἴω, pro quo ἴημι, *mitto*, eſt in uſu in imperf. ἴουν, ἴους, ἴου· contract. ἶουν, ἶους, ἶου· uti in τίθημι, et aliis ejuſmodi.

1201. —ἀλλ' ἀρηρότως—] *Sed aurum* [i. e. corolla auro intexta] *firmiter tenebat redimiculum.* Porſonus dedit ἀρηρότως, ut ſuprà v. 419. 750.

1205.

204. 1205. Πλὴν τῷ τυφλῷ—] Senſus eſt: Pater ipſe vix potuiſſet dignoſcere ſuam filiam, adeo ſcil. transformata erat.

1210. Γναθμοις ἀδηλοῖς φαρμάκων—] Ita varii MSS. et edit. Laſc.: quæ Reiſkius fic reddidit: *mandibulis*, h. e. dentibus, *inviſibilibus*, ſ. corroſione oculis non obſervandâ, *venenorum deliquebant*. Edit. Ald. γναθμῶν ἀδήλοις φαρμάκοις, i. e. ἀπὸ ἀφθίτου γναθμῶν, ἀδήλοις φάρμακοις, Angl. *flowed from her jaws by this inviſible poiſon*.

1216. Κύνει,] ſcribe κυνεῖ, ut ſuprà 1150.

1218. —γήροϊλα τύμβου] Alias unico verbo vocant τυμβογήροϊλα. BARNES. τύμβους ἢ καλῶνι τὰς γήροϊλας, παρόσον πλησίον εἰσὶ τῷ θανάτῳ ἢ τῷ τάφῳ. *Schol. Quis me hunc ſenem capularem te orbat?*

1230. —πεδονὸν δακρύοισι—] Angl. *a fit ſubject for tears*. Difficilem vocat Porſonus et impeditam ſententiam.

1231. —τὸ μὲν σὸν] Supple σῶμα. vel, ut Schol. τὸ σὸν ἀπὸ τοῦ σοῦ.—*Sit autem corpus tuum longè à meo ſermone*. i. e. *Tu autem ſtatim diſcedas procul à me. Extemplò capeſſe fugam*. Finitâ narratione, quam, rogante Medeâ, percurrerat, undè exorſus fuerat eò regreditur. Μήδεια, φεῦγε, φεῦγε, κ. τ. λ. Γνώσῃ γὰρ— Et nihil opus eſt ut ego tibi locum ad perfugiendum monſtrem; *nam tu ipſe*, &c.

205. 1236. μεγίστην μωρίαν ἐφλυσπάσεις·] Angl. —*are guilty of the greateſt folly*. Vide ſuprà ad v. 585.

1237. Θνητῶν γὰρ ὐδεὶς—] Locus communis: Sic Iph. A. 161—169. Œd. Tyr. 1528—30. JAC. TATE.

1238. Ὀλβοῦσι δ' ἐκῤῥυήσῃσι,] *Opibus verò affluentibus*,— Notandum ἐκῤῥυήσιος part. aor. 2. paſſ. in ſenſu med. [et in verbis intranſitivis vox act. et med. ſæpè uſurpantur ſine diſcrimine,] à verbo obſoleto ῥύω, pro quo ῥέω, *fluo*. Aor. 2. forma paſſ. à ῥυῆναι, ſæpè occurrit: Sic Herodot. viii. 138. στεναὶς ἐῤῥύη· συῤῥυῆναι occurrit in pluſq. act. Xen. Anab. p. 262. edit. Hutch. 4to. ἐς τοῦτο πάντες συνεῤῥυήκεσαν,—*confluxerant*. Vide Coll. Gr. Min. ad p. 38. n. 8. et de Aor. Vide Vol. I. ad p. 19. n. 8. et ad p. 7. n. 10.

1248. —φονεῦσαι—] *interficiendos*— Vide Coll. Gr. Min. ad p. 6. n. 5.

1249. Παῖδας σφ' ἀπάσας—] Hoc loco malè repetitos hos verſus putat Valck. ad Phœn. p. 433. non ſuprà. Vide ver. 1070. et de οἵτινες, in maſc. genere, vide ad v. 858.

1251. Τί μέλλομεν—μὴ πράσσειν—] *quid cunctamur facere?* μὴ abundat Atticè. Vide Vol. I. ad p. 43. n. 4.

1255. —μηδ' ἀναμνησθῇς τέκνων] ὅς φίλαι' [ἔστι σοι] i. e. μηδ' ἀναμνησθῇς ὅς φίλτατα τὰ τέκνα ἔστι σοι. [Græciſmus tironibus notus.] Angl. *Nor do thou remember how thy children are*

to thee the deareſt of all things, ὃς ἔτικλες, *ſince thou didſt bring them forth.*

1260. —ἰὼ γᾶ τι] Muſgravio hanc Strophen et Antiſtrophen, partim ex MSS. partim conjecturâ, ita conſtituendas viſum eſt, ut ſibi invicem convenirent.

1266. —ἴολαστιν—] Daweſius canonem paulò temerius, ut ſolet, ſtatuit, nullam ſyllabam à poëtâ ſcenico corripi poſſe, in qua concurrant conſonantes βλ, γλ, γμ, γν, δμ, δν. Hæc regula, plerumque vera, nonnunquam ab Æſchylo, Sophocle, Ariſtophane violatur, ab Euripide, credo, nunquam. In Med. 1252. (1266.) ſi tamen ſanus eſt, Choricæ licentiæ concedendum ἴολαστιν. PORSON. —ἴολαστιν—τίκτω ſcil. Aliter tamen cenſet Heathius, et putat Medeam ipſam, non liberos, hîc intelligi; ſed, ut videtur, rationibus nimis argutis. 206.

1270. —ἐριννὺν ὑπ' ἀλαστόρων,] *furiam à malis dæmonibus* agitatam. Medeam ſcil. Angl. *this frantic fury!*

1273. —ἀναπᾶν—] Dor. genit. Vide ſuprà ad v. 2.

1276. Δειλαία, τί—] Pro vulgari δειλαία τί; lego, ſublatâ interrogationis notâ, δειλαίου τι. *Miſerum quiddam tibi accidit gravis hæc ira.* Juvat autem metrum non minùs quam ſenſum hæc emendatio. MUSGRAVE. Metri nihil intereſt, producitur enim illud α. T. YOUNG.

1279. Καλυπτὰ γὰρ—] Ordo eſt: γὰρ ὁμογνῆ μιάσματα καλυπτὰ [ἐστι] αὐτοφύλοισι βρότοις ἐπὶ γαῖαν. *Nam piacula pro cæde cognatorum ſunt difficilia interfectoribus in terrâ.* ξύνοιδα ἀχὴ θεόθεν ἐπὶ πιτνοῦσα δόμοις. *Benè ſcio dolores cælitùs cadere in eorum domus.* Porſonus edidit:

Καλυπτὰ γὰρ βροτοῖς ὁμογνῆ μιάσματ'·
Ἐπὶ γαῖαν αὐτοφύλοισι ξύνοι-
δα θεόθεν πιτνοῦσ' ἐπὶ δόμους ἀχή.

1282. —Οἴμοι τί δράσω;] Pueri audiuntur exclamantes extra ſcenam. *Ne pueros coram populo Medea trucidet.* Hor. Art. Poët. 185.

1286. Παρίλθω δόμους;—] Mallem ſine interrogatione: *accedam in ædes. Let me go,* &c.

1290. —ὡς ἀχ' ἥδε πέτρος,] *quàm es ſaxum:* ἥδε, vel ἧς, idem hîc quod εἰς. Vide Vigerum, Edit. i. Zeunii, p. 210. 232. Confer Hor. Lib. i. Od. 37. prope init. ubi *erat* occurrit pro *eſt.*

1291. —ἅτις—] *quæ prolem, quam peperiſti, parricidali modo occides.* Nam ἄρσεν τέκνων eſt *proles.*

1294. Γυναῖκα—] Porſonus effecit verſum qualis eſt 1285. ſic, Γυναῖκ' ἐν φίλοις χέρα βαλοῦν τέκνοις.

1295. Ἰὼ μανίαι—] Variè narratur Inûs hiſtoria. Sed hoc loco Poëta eam ſequi videtur quæ eſt apud Apollodorum Lib. iii. c. 4. MUSGRAVE. Conf. Ovid. Met. Lib. iv. 207.

1297.

1297. —φόνῳ τέκνων δυσσεβεῖ,] *cæde liberorum impiâ*, i. e. *dum liberos impiè trucidabat, tenuans pedem ad ingressus æquos, pedem supra marinum littus extendens*— Vel, uti reddidit Buchananus, *progressa littus ultra, in æquor decidens.*

1308. —αἰθέρος βάθος.] Sic celeberrimus Tho. Gray; *Progress of Poesy*: —*the azure deep of air.*

1313. Κείνην μὲν,—] *Illam quidem quos læsit puniens.* ἔδρασεν, ſupple κακῶς· ἔρξουσιν pro ῥέξουσιν, à ῥέζω, *facio.* δρᾶν, vel ῥέζω τινα κακῶς, *lædo* vel *punio aliquem.*

1315. Μή μοί τι δράσωσ' οἱ προσήκοντες γένει,] i. e. μή οἱ προσήκοντες γένει, [τῇ νύμφῃ ſcil.] δράσωσί τι [αὐτὸς—παῖδας nempè] —μοι autem dicitur à grammaticis παρέλκων Atticè.—[Vide Vol. I. ad p. 56. n. 6.] ἐκδικάσοντες ἀνόσιον μητρῷον φόνον, *vindicantes impiam cædem à matre eorum patratam.*

208. 1332. Τοιόνδ' ὄχημα—] Hæc referenda ad fabulam, quæ Medeam, junctis ad currum draconibus, ex avo Sole patri Æetæ datis, per aërem avectam aufugiſſe narrat. BARNES. ἐπεὶ ὕψους γὰρ περιφαίνεται ἡ Μήδεια, ὀχημάτι δρακοντόπους ἄρμασι, ἐν βαστάζουσα τοὺς παῖδας. *Schol.*

1348. —ἀνδρὶ τῷδε,] *huic viro.* Seipſum intelligit. Vide ſuprà ad Œd. Tyr. 534. p. 129.

1354. Σκύλλης—] Vide ſuprà ad p. 65. v. 85.

209. 1358. —πάρα,—] Hîc pro πάρεσι.

1362. Μακρὰν ἂν—] Br. et Porſ. Μακρὰ γ' ἂν.

1365. Σὺ δ' ἐκ ἴμελλες—δώξειν—] Angl. *Thou wast not to lead*— Vide Vigerum, de verbo μέλλω, Cap. v. Sect. iii. Reg. 7.

1373. —λύει δ' ἄλγος.] λύει pro λυσιτελεῖ. Vide ſuprà ad v. 571. " Interpretantur Viri docti per λυσιτελεῖ, neque " ego repugno. Poteſt tamen etiam ſignificare, MINUIT, " LEVAT meum *dolorem, ſi tu non irrides.*" PORSON, qui mox edidit μὴ 'γγελᾷς.

1377. —νεοδμῆτες γάμοι.] παδμῆτες Ald. παδμητοι Laſc. Utrumque rectum, ſed illud facilius in hoc, quàm hoc in illud mutatur. Dicunt Attici ſine diſcrimine, ἀμβλακεῖν, ἀμβλακὴς, γοργωπὸν, γοργωπὸς, φλογωπὸν, φλογωπὸς, ἀδμὴς, ἄδμητος, ἄζυξ, ἄζυγος, νεόζυξ, νεόζυγος, (quin et νεόζυγες) εὔκρας, εὔκρατος, et ſimilia. PORSON.

1382. Οἰδ' ἐσίν, οἰμοι,—] *Capiti imminebunt vindices umbræ tuo.* BUCHANAN. Diſplicet interjectio (οἴμοι) Jacobo Tate, qui putat minùs hîc convenire Jaſoni, inter tot execrationes in Medeam congeſtas, ſeipſum deplorare. Quapropter pro οἴμοι legendum proponit οἶμαι, ut ſenſus ſit: *Iſti* liberi, ut *puto*, *ingruent capiti tuo* ſicut *dæmones infeſti.*

1390. —Ἀχαιὰς δεῦρ'] Ἥξουσι τιμωροὶ ἐφεστῶσι πατρὶ Κρεοντίδαι· Ἀχαιὰς

Ἀχαιΐα ϗ ἄρμαι παρὰ τὸ ἐν ἀκροπόλει ἱδρῦσθαι· τίλα ϗ λέγει τὸ μυσίαρον, ϗ τὰς τελετάς. *Schol.*

1395. ---ἄμμι---] Vide Vol. I. ad p. 50. n. 5. 210.

1398. Ἀργῦς πάρα σὺν λοιψάνῳ---] Ἱστορῆται Ἰάσων τίλαι τοιάδε χρήσασθαι· κομιζόμενον γὰρ αὐτὸν ὑπὸ τῶν Ἀργὼ κατασκοπῶν ὑπὸ πολλῶ χρόνῳ, μέρος τι ταύτης ἐκπεσὸν κατὰ τῆς πρῴρας ἔκρυψε· Ἀργῦς λοιψάνῳ λέγει, ἀντὶ τῦ μέρει τινὶ τῆς Ἀργῦς. *Schol.* λοιψάνῳ Ἀργῦς. Angl. *with a remnant* or *fragment of the Argo.*

1403. ---ξεναπάτας;] Dor. gen. pro ξεναπάτυ, à nominat. ξεναπάτης, *hoſpitum deceptor.*

1407. Οὔπω θρηνῆς· μίν καὶ γᾶρας.] Proponit Brunckius Οὔπω θρήνει· γᾶρός σι μίνει. "Vulgatum θρηνῆς," inquit, "minùs commodum ſenſum præbet, et clauſula μίν ϗ γᾶρας "metro adverſatur." Nimirum ας brevis eſt et τὴν συνάφειαν violat. [Vide ſuprà p. 107.] Sed Οὔπω θρήνει non eſt Græcè loqui; ὐ negat, μὴ vetat et prohibet. Eſt quidem ubi hæ particulæ negativæ ſine diſcrimine videntur uſurpari; ſed id non poteſt eſſe hujus loci, et purus ſermo poſtulâſſet ut Brunckii conjectura eſſet Μή πω θρήνει· γᾶρός σι μίνει. Sed tanta mutatio nimis audax eſt. Nihil impedire videtur quo minùs maneat Οὔπω θρηνῆς· metrum verò, non ſenſus, γᾶρός σι μίνει, vel aliquid aliud feliciùs excogitatum requirit. JAC. TATE. γᾶρας edd. MSS. contra metrum. Copulam ejicere vult Heathius, ſed parœmiacus malè adhiberetur, ubi perſonæ ſingulos verſus alternis loquuntur. Brunckius primò edidit, ὔπω θρήνει, qui ſolœciſmus eſt; deinde γᾶρός σι μίνει, quaſi iſte hiatus tolerari poſſet. Addidi literam. [μίνει ϗ γάρασ'. *mane et ſeneſce.*] Subauditur talis ſententia, ϗ τότε θρηνήσεις. PORSON.

1409. ---ἴλας;] Dor. pro ἴλῃς, ab inuſitato ἵλημι, *interficio.*

1410. ---φιλίᾳ χείλεσι τέρματος---προσπίλνασθαι.] i. e. ut Porſonus, ὅσον προσπίλνασθαι, vel ut Jac. Tate, ἐς τὸ π. Angl. *I long for that dear mouth, to kiſs and embrace.* Mirum eſt hanc conſtructionem torſiſſe atque eluſiſſe Brunckium.

1419. ---πάρα] ut ſuprà ver. 1358. 211.

1424. ὄφελον---] *quos utinam Nunquam ego genuiſſem, abs te ut cæſos Cernere cogerer*--- BUCHANAN. Vide ſup. ad v. 1.

1426. Πολλῶν ταμίας Ζεὺς---] Hac ſententiâ, ſatis quidem tritâ, Chorus pulcherrimum hocce drama concludit; quæ eſt itidem concluſio Helenæ, Baccharum, Andromaches, et Alceſtidis; uti obſervavit Barneſius. Vide etiam Iph. A. 1610. 11.

NOTÆ PHILOLOGICÆ

AD

EXCERPTA ex POETIS BUCOLICIS.

I. Notæ in Theocritum.

215. * Ex Theocrito.] Theocritus, filius Praxagoræ ac Philinæ, et princeps Poëtarum Bucolicorum, natus eſt, ut vulgò putatur, Syracuſis in Siciliâ; et floruit temporibus Ptolemæi Philadelphi Ægypti regis, qui regnare occepit circa Olymp. CXXIV. ante Chr. N. 283. Tradunt tamen nonnulli eum filium fuiſſe cujuſdam Simichi aut Simichidæ; vel ipſum potiùs Simichidam, quia ſimus erat, interdùm dictum fuiſſe. Sed hoc nullis firmis argumentis nititur. [Vide Argum. Idyll. iii. et Fab. Bib. Gr. edit. Harleſ. Vol. iii. p. 766.] Neque eum Coum fuiſſe, ut alii volunt, nec Chium, ut alii, magis veriſimile eſt: Sed Syracuſanum eſſe confirmatur Epigrammate notiſſimo, Idyliis ejus plerumque præfixo, quod alii Theocrito ipſi, alii Artemidoro Grammatico aſcribunt:

Αλλος ὁ Χῖος· ἐγὼ δ᾽ ὁ Θεόκριτος, ὃς τάδ᾽ ἔγραψα,
Εἰκ ἀπὸ τῶν πολλῶν ἁμὶ Συρηκοσίων,
Υἱὸς Πραξαγόρᾳο, πεπαλαιστῆς τι Φιλίνας·
Μοῦσαν δ᾽ οὐκ ἄλλων ἄ ποτ᾽ ἐφιλανόμαν.

Alius eſt [Theocritus] *Chius: ego autem Theocritus, qui hæc ſcripſi, Unus ex plebe ſum Syracuſanâ, Filius Praxagoræ et inclytæ Philinæ: Muſam verò alienam nunquam attraxi.*

De vitâ Theocriti admodum pauca memoriæ prodita ſunt. Præceptores Philetam Coum Elegorum, et Aſclepiadem Samium Epigrammatum poëtas, habuiſſe fertur. Κατ᾽ ἐξοχὴν ὁ Βυκολικὸς veteribus dictus, quippe in hoc genere omnium præſtantiſſimus habitus eſt. Non tamen ſemper Bucolicus eſt: nam ex triginta quæ reliquit Idylliis decem tantùm ruſtici ſive paſtoritii generis habentur. Cætera ſunt varii argumenti; ſed omnia poëtam indicant ſuperioris ordinis. Superſunt quoque quædam elegantiſſima Epigrammata quæ auctorem habent Theocritum. Scripſit dialecto Doricâ recentiori, et interdum Ionicâ, ut in Idyllio XII: quod tamen doctiſſimus Daniel Heinſius à Theocrito abjudicat. De Doriſmo autem Theocriteo

Theocriteo uberiùs differuit Harleſius in commentatione edi- 215.
tioni ſuæ præfixâ. Præter Theocritum, apud Græcos quoque ſcripſêre quædam paſtoralia carmina venuſta et feſtiva Bion et Moſchus, quæ ad nos pervenerunt. Apud Romanos autem imitatorem nactus eſt Theocritus elegantiſſimum Virgilium in Bucolicis; de quorum meritis eruditi homines judiciis diverſis ſolent diſceptare. Sed de hac re omnium rectiſſimè judicium tuliſſe videntur duo cultiſſimi ingenii viri Thomas Warton et Chr. Got. Heyne; dum uterque, de carmine Bucolico diſſerens, plus quidem artis in Virgilio, plus verò ingenii et naturæ in Theocrito invenit. " Virgilio, " inquit Heynius, " elegantiæ laudem, dignitatis et doctrinæ " nemo invidebit; ſed ſimplicitate et naturali aliquâ venuſtate " rerumque copiâ et varietate non minùs cedit Theocrito, " quàm ars naturæ, quam vincere quidem illa operosè in ſingu- " lari aliquâ re poteſt, ſed in ſummâ rei iners et vana habenda " eſt. " Et paulo poſt: " Hoc unum monebo, niſi memi- " neris, in Virgilio plus artis, in Theocrito plus nativæ ele- " gantiæ, eſſe, non mirari non poteris, cum videas, etiam " præſtantiſſimos ex hoc genere poëtas recentiorum tempo- " rum Virgilium maluiſſe ſequi quàm Theocritum. Artis " ſcilicet ſemper facilior imitatio; naturalem venuſtatem dif- " ficillimè aſſequare. " [De Carmine Bucol. Eclogis Virg. præfix.] Sic autem elegantem ſuam Virgilii cum Theocrito collationem claudit Wartonus: " Ut dicam paucis quod ſen- " tio. Similis eſt Theocritus amplo cuidam Paſcuo, per ſe " ſatis fæcundo, herbis plurimis frugiferis floribuſque pul- " chris abundanti, dulcibus etiam fluviis uvido: ſimilis Vir- " gilius Horto diſtincto nitentibus areolis: ubi larga florum " copia, ſed qui ſtudiosè diſpoſiti, curáque meliore nutriti " atque exculti diligenter, olim huc à paſcuo illo majori " transferebantur. " [De poëſi Bucol. Græc. edit. ſuæ Theocriti prefix. ubi vide plura.] Cæterùm de poëſi Bucolicâ multi ſcripſere. Eſt hoc quidem argumentum inter criticos ſatis tritum. Qui in eo verſari cupit, præter has ingenioſas Wartoni et Heynii diſſertationes, adire poteſt Rapin de Carm. Paſtoral. *Diſſert. ſur l'Eclogue par Fraguier; Memoires de l'Acad. des Inſcrip. Tom. II. p.* 132. *Pope's Diſcourſe on Paſtoral Poetry. The Rambler*, No. 36 *and* 37; auctore Sam. Johnſon. Poſtea autem hicce vir celeberrimus ſe iniquiſſimum oſtendit in hoc genus poëſeos in libro ſuo jucundiſſimo, *The lives of the Engliſh poets*, ad fin. Vitæ *Joan. Gay;* et alibi paſſim. De ipſo Theocrito vide plura Fabr. Bib. Gr. Vol. iii. p. 764, ſqq. edit. Harles.

THEOCRITI EDITIONES PRÆCIPUÆ.

215. 1. Theocriti Eidyllia: una cum Heſiodi Oper. et Diebus, et Orationibus Iſocratis 18. *Mediolani*, 1493. *in fol.* [Edit. princeps, quæ eſt rariſſima.]

2. ——— Eclogæ xxx.—Sententiæ ſeptem Sapientum.—Theognidis ſententiæ.—Aureа Carmina Pythagoræ, &c. Curâ et ſtudio Aldi Manucii Romani; *Venet.* 1495. *in fol.*

3. ——— Eidyllia xxxvi, et Epigrammata xix, &c. edita à Zachariâ Calliergo, *Romæ*, 1515. *in* 8vo. [Vulgò vocatur Editio Romana, et particulatim deſcribitur à Reiſkio in præf. ſuæ edit. p. xii, ſqq.]

4. ——— Idyllia, &c. inter principes Poëtas Græcos Heroici Carminis, ab Hen. Stephano; *Paris*, 1566, *in fol.*

5. ——— aliorumque poëtarum Idyllia: ejuſdem Epigrammata: Simmiæ Rhodii Ovum, &c.—Excudebat *Henricus Stephanus*, 1579. *in* 12mo.

6. ——— Moſchi, Bionis, Simmii quæ extant: cum Græcis in Theocritum Scholiis: Omnia operâ et ſtudio Danielis Heinſii. Accedunt Joſ. Scaligeri, Is. Caſauboni, &c. Notæ et Lectiones. *E Bibliopolio Commeliniano.* 1604. *in* 4to. [Utilis quidem editio. Notandum eſt priorem Dan. Heinſii, 1603. erroribus ſcatere; ideoque ſuppreſſam fuiſſe.]

7. ——— Reliquiæ utroque Sermone, cum Scholiis et commentariis integris variorum virorum doctorum. Curavit hanc editionem—indiceſque verborum Theocriteorum addidit Jo. Jacobus Reiſke. *Viennæ et Lipſiæ*, 1765. 2 *Voll. in* 4to. [Multa fecit acutiſſimus Reiſkius in hâc edit. ſed eorum non pauca nimis audacter. Vide Vol. I. ad p. 192. n. 7.]

8. ——— Syracuſii, quæ ſuperſunt, cum Scholiis Græcis, &c.—Accedunt editoris et variorum Notæ perpetuæ. Epiſtola Joannis Toupii de Syracuſiis, ejuſdem Addenda in Theocritum, &c. Edidit Thomas Warton, S. T. B. Coll. SS. Trin. Socius. *Oxonii*, 1770. 2 *Voll. in* 4to *maj.* [Edit. omnium ſplendidiſſima; et celeberrimâ Academiâ Oxon. non indigna. Mihi juveni tam felici eſſe contigit ut clariſſimum editorem, nunc defunctum, noverim ejuſque erga me benevolentiam expertus fuerim. Vir erat ſummæ modeſtiæ; ſed inter amicos lepidus, facetus, jucundus: ſive in ſoluto ſeu adſtricto ſermone ſcriptor elegantiſſimus: in venuſtatibus Siculi aliorumque poëtarum ſentiendis et enarrandis tantum Toupio et Valckenario anteferendus, quantum viris hiſce doctiſſimis in inveſtigandis et dijudicandis veris veterum Scriptorum lectionibus poſthabendus.]

9.

9. Theocriti decem Idyllia, Latinis pleraque numeris à C. A. Wetſtenio reddita, in uſum Auditorum cum notis edidit, ejuſdemque Adoniazuſas uberioribus adnotationibus inſtruxit L. C. Valckenaer. *Lugd. Bat.* 1773. *in* 8*vo*. [Adnotationes hæ in Adoniazuſas amplam meſſem profundæ eruditionis, etiam poſt curas Toupianas in hoc quoque Idyllium impenſas, continent.] 215.

10. ——— Reliquiæ Græcè et Latinè; ex recenſione et cum animadverſionibus Theophili Chriſtophori Harles. *Lipſiæ*, 1780, *in* 8*vo*. [Utiliſſima ſanè editio: ſed dolendum eſt ſequentem Valckenarii editionem non niſi ſeriùs in manus veniſſe Harleſio; hujus enim textus, ut conſtitutus fuit ab editore eſt, ſine dubio, omnium præſtantiſſimus.]

11. ——— Bionis, et Moſchi Carmina Bucolica. Græcè et Latinè. Latino carmine pleraque reddita ab Eobano Heſſo, nonnulla à G. E. Higtio ſubjecit, Græca ex Edd. primis, Codd. et aliundè emendavit, variiſque lectionibus inſtruxit L. C. Valckenaer. *Lugd. Bat.* 1781. *in* 8*vo*. [Editio eſt hæc merè critica; et in genuinis lectionibus conſtituendis ferè ſolùm verſata. At in hoc genere vix aliud invenies præſtantius.] Editionum autem Theocriti, quarum magnus fuit numerus, amplam enumerationem invenire licet præfixam editioni Harleſii; vel in Fabr. Bib. Gr. Vol. iii. edit. Harleſ. ubi ſuprà.

† Εἰδύλλιον α'.] *Idyllium I.* Ἰσέον ὅτι Εἰδύλλιον λέγεται τὸ μικρὸν ποίημα, ἀπὸ τῆ Εἴδος, ἡ θεωρία· ἢν Εἰδύλλιον παρὰ τὸ Εἶδω, τὸ εὐφραίνω. Αλλως. Εἰδύλλιον λέγεται ὅτι εἶδός ἐστι ἐποιῶν ἐστι λόγος. ὑποκορεστικῶς λέγεται Εἰδύλλιον. *Schol. Eclogæ* quidem nomen, ut *Idyllii*, haud dubiè Grammaticis debetur HEYNE. Inſignes Veneres, omnéſque ferè quas Muſa præ ſe fert Bucolica, complectitur hoc Idyllium. Varietate præcipuè, nec ſolummodò paſtoralium imaginum ſuavitate, ſed et affectuum veritate, commendari videtur. WARTON. In pangendis verſiculis caviſſe videtur Theocritus, ut pes quartus eſſet dactylus; ita ut demptis duobus in fine pedibus tragicum Tetrametrum fiat.—Cujus conſtructionis ſunt omnes Idyllii primi, exceptis viginti et ſeptem. Omnes etiam ſecundi, præter novem. Ex hac circumſtantiâ concludit Heinſius, illa carmina eſſe mera Bucolica: cum longè alius ſit carminum curſus in Ptolemæo, verbi gratiâ, et Charitibus. Hac de re ita etiam ſtatuit Valckenarius, in eruditâ epiſtolâ ad M. Röuerum. " Verſum dactylicum dicere debere Bucolicum, ſi " duobus pedibus poſtremis reciſis, remaneret tetrameter, " qui clauderetur dactylo, terminante partem orationis atque " adeò Alcmanicus. " Porro laudatur Bucolicum carmen, certè

certè numeroſius erit, ſi primo loco ſit dactylus, et pedem abſolvat. *Idem*, in Diſſ. de Poeſ. Bucol. p. 36.

Ver. 1. Ἀδύ τι τὸ—] Ordo eſt: Αἰπόλα, ἃ τήνα ἁ πίτυς, ἁ μελίσδεται ποτὶ ταῖς παγαῖσι, [ἴσ᾽] τι ἄδυ [κατὰ] τὸ ψιθύρισμα, &c. *O paſtor caprarie, et iſta pinus, quæ modulatur juxta fontes, eſt jucundum quid quod ad ſuſurrum:*— vel, *habet quendam jucundum ſuſurrum: et tu quoque ſuaviter fiſtulâ canis.* In Idylliis Theocriti diligenter obſervent tirones dialectum Doricam: Sic, ἀδὺς, &c. pro communi ἡδύς· ἁ pro ἡ· Nam Dores ſæpiſſimè mutant η in α. Τῆνος, τῆνα, τᾶνα, pro ἐκεῖνος, ἐκεῖνα, ἐκεῖνο. *ille*, &c. ποτὶ, pro πρὸς. παγαῖσι, pro πηγαῖς, à παγὰ, ᾶς, ἁ, pro πηγὴ, πηγῆς, ἡ, *fons*. μελίσδεται, pro μελίζεται, 3. ſing. præſ. ind. med. verbi μελίζω, Dor. μελίσδω. Solenne eſt Doribus ponere σδ pro ζ. τὺ eſt pro comm. σὺ [indè Lat. *tu*.] item pro σὶ in accuſ. ſed hoc rarò. Συρίσδες, pro συρίζεις. Ubi notandum in 2. ſing. præſ. ind. act. Dor. terminationem eſſe -ες pro εις. in præſ. quoque infin. ι eliditur, ſic συρίσδεν, pro συρίζειν. Vide infrà ad ver. 13.

216. 4. Αἶγα τῆνος ἴλᾳ—] i. e. αἶγα, vel, ſequente vocali, αἶγ', [quod poëticè pro εἰς ἂν] ἐκεῖνος ἵλῃ, &c. ἐς τὶ καταῤῥῶ Ἀχιμαρέω. Angl. *the kid devolves to thee.* "ἐς τὶ, ab Apollonio "Dyſcolo lectum: ἐς τὺ, uſitatius Theocrito, prætulit "Brunck." VALCKENAER. Mox, ἴσᾳ, *donec*, et κ', quoniam κε ſive κεν à poëtis pro ἂν uſurpatur, regit conjunctivum. HARLES.

7. —ἁ τὸ καταχὴς] Ordo eſt: ἁ τὸ τῆνο [nam τῆν' pro τῆνο quod Dor. pro ἐκεῖνο] καταχὴς [Dor. pro καταχὶς] ὕδωρ καταλέβεται ἰψόθεν ἀπὸ τᾶς [τῆς] πίτρας. "Senſus eſt: Carmen "tuum, ô paſtor, dulcius eſt, quam aqua illa, quæ cum ſoni- "tu per ſaxa defluit ex alto monte." HARLES. Atque ita Scholiaſtes Græcus: ἡδύτερον, ὦ ποιμὴν, τὸ σὸν μέλος, ἢ ἐκεῖνο τὸ ὕδωρ, ὅπερ ἰψόθεν ἀπὸ τῆς πέτρας καταῤῥέεται μετὰ ἤχου. Undè Virg. *Tale tuum carmen nobis, divine poëta, Quale ſopor feſſis*, &c. Ecl. v. 45. et —*Nec quæ Saxoſas inter decurrunt flumina valles*. Ecl. v. 84.

9. —οἴδα—] οἶς, οἴδος, idem apud Theocr. ac οἷς, οἷος, ἡ, *ovis*. Μῶσαι, Dor. pro Μοῦσαι.

10. Αἶγα ταχίταν—] ταχίτας, α, ὁ, Dor. pro com. ταχίτης, ου, ὁ. epithetum agni apud Theocritum,—ἄρνα τὺ ταχίταν λαψῇ γίρας· *Agnum tu ſaginatum*, [vel, *pinguem*] *accipies dono.* Græcus Interpres ita ſcribit: ταχίται δὲ ἄρνες, ὡς ἔστι γαλακτοβοσκούμενοι, οἱ νεμὰς τῶν μητέρων χωριζόμενοι, ἰδίᾳ βόσκεσι, καὶ ὑπὸ ἰδίᾳ σηκῷ πλείουσι· ταχίται *agni vocantur quos lactis adhuc indigentes à matribus ſeparant paſtores, ſeparatim paſcunt et in proprio ſtabulo claudunt.* ÆMYL. PORTI *Lex.* Dor.

12.

12. Λῆς, *περὶ τᾶν νυμφᾶν,*] *Vis per Nymphas— περὶ,* Dor. pro communi *περὸς,* cum genitivo posita, serviens obsecrationibus, et obtestationibus. ÆMYL. PORTUS. *λάω, λῶ, volo,* λάεις, contractè λᾶς, pro quo λῆς, uti in *ζάω, vivo, δυψάω, sitio,* &c. Cæterùm *τᾶν νυμφᾶν* est Dor. gen. plur. —*τᾷδε καθίξας, hîc assidens. τῇδε,* Poët. Ion. et Dor. pro com. *ἐνταῦθα. hic. καθίξας,* Dor. pro *καθίσας,* à *καθίζω, sedere facio;* in voce med. *sedeo;* sed ita interdùm redditur vox act. sub-intellecto scil. pron. Vide Vol. I. ad p. 3. n. 7. 216.

13. Ὡς *τὸ κάτανθες τῦτο γιώλοφον,*] *ὡς* intelligendum est *εἰς* aut *περὸς,* non solùm ubi animatis sed etiam inanimatis rebus *ὡς* additur. Vide Ernesti ad Xenoph. Mem. ii. 7. et Klotz ad Tyrtæum pag. 81. HARLES. *Γιώλοφον δὲ ὁ ἐν τῷ ἁμαλῷ πίδῳ ὑπερανισηκὼς ὄχθος, ὃς ἢ κολωνὸς καλεῖται. Schol.* Ὡς τὸ, &c. Angl. *near this sloping bank;* ἔτι *μυρῖκαι,* supple *εἰσὶ, where the tamarisks are.* ἄτι, Dor. pro ἧτι, *ubi.* i. e. *ἐν τῇ χώρᾳ ἐν ἧτι*— Conf. Virg. Eclog. iv. init. *Συρίσδειν,* vide suprà v. 1.

15. —*τὸ μεσαμβρινὸν,*] Dor. pro *τὸ μεσημβρινὸν* vel *μεσημέριον.* hîc scil. adverbialiter sumto, Angl. *at noon.* Est idem ac *κατὰ τὸν μεσημβρινὸν χρόνον.* ἄμμι et ἄμμιν, Dor. pro ἡμῖν.

16. —*τὸν Πᾶνα δεδοίκαμες·*] Angl. *We are afraid of Pan.* Nam δεδοίκαμες, Dor. pro δεδοίκαμεν, est temp. quod ritè vocant *præs. perf.* [Vide Vol. I. ad p. 27. n. 4.] Quidam legunt δεδοίκομες, pro δεδοίκοσεν, 2. plur. præs. verbi δεδοίκω, quod formatur à perf. m. δεδοίκα; [ut πεφύκω, à φύω, πεφύκα, à φείσομαι, à perfectis scil. activis: et πεφεύδω, κεκλήγω, ὀρώρω, à perf. mediis verborum φρεύζω, κλάζω, et ὄρω.] Sed nihil opus. "Cæterùm, meridiei quietem," ut observavit T. Warton, "Veteres attribuere solebant, quippe qui somnum "tunc temporis capere deos arbitrabantur." Hæc autem et quæ proximè sequuntur, ita enarrat Scholiastes: *Οὐ πρέπον ἐστὶν ὦ ποιμὴν, κατὰ τὸ μέσον τῆς ἡμέρας τῇ σύριγγι χρῆσθαι. Τὸν Πᾶνα δεδοίκαμεν, ὅτι ὡς γὰρ πικρός ἐστιν. ἀπὸ τὸ βαρὺς καὶ ὀργίλον· πάνυ ἀπὸ τῆς ὥρας σχολάσας ἀναπαύεται, κεκοπιακὼς ἐν αὐτῇ δηλονότι· καὶ ἀεὶ πρὸς τῇ βίᾳ αὐτῦ, δριμεῖα χολὴ κάθηται· τυτέστι, καὶ ἀεὶ ὀργίλος ἐστίν.* Veteres nimirum sedem iræ in naribus collocârunt. *ἐπὶ* [Dor. pro *ἐσι*] *γε πικρὸς,* Angl. *he is peevish,* or *choleric.*

21. —*τῶ τι Πριάπῳ*] Dor. gen. pro *τῦ τι Πριάπυ,* i. e. *statuæ Priapi, καὶ τᾶν κρηνιάδων,* Dor. pro *τῶν κρηνιάδων, et* statuis *dearum fontium,* hoc est *Naiadum. κατυαυλίον, è regione, ἄπιε, ubi,* &c.

23. —*αἰ δέ κ' ἀέσῃς,*] *ἰὼν ἢ ἀέσῃς ὅσπερ ἥσας ποτὶ ἐρίζων πρὸς τὸν Χρόμιν τὸν Λιβύαθιν, σεμίσι τὸν ἀπὸ τῆς Λιβύης, αἴγά τι σοι δώσω δίδυμα τιτραῦσαι, ἅτις μάχῃ τρίτυ ἀμέλξαι αὐτὴν, ἥτις δύο ἔχυσα ἰφθυς.*

217. critus ſe poculi cælaturam deſcribere. Atqui, pace tantorum virorum, æquè abſurdum foret credere vel poëtam oblitum eſſe ſe cælaturam tantùm deſcribere, vel voluiſſe ſculptorem arte ſuâ poſſe eandem exhibere figuram nunc hùc nunc illùc volutantem oculos, vel poſitionem ſuam mutantem. Nam hoc omninò ſuperare artem tàm ſculptoris quàm pictoris benè notum eſt. Sed ars poëtæ hic, ut alibi apud veteres Scriptores, venit ſubſidio ſculptori; et Theocritus inducit caprarium ſuum pleniùs deſcribentem id quod ſculptor non niſi ſingulis figurarum poſitionibus repræſentare potuit. Quod quidem omni tempore iis uſu venire ſolet, qui picturæ vel cælaturæ argumentum ignaris enarrare velint. Vide Cebetis Tab. paſſim.

36. Ἀλλ' ἴσα—] Sic ſcribendum cum Heinſio, pro Ἄλλοτε, Brunckius oſtendit. VALCKENAER. Ἄλλοτε μὲν πρὸς ἑαυτὸν βλέπει ἄνδρα γελάσας· ἄλλοτε δ' πρὸς τοῦτον ῥίπτει τὸν νοῦν, ἅγαν τρέπτον. *Schol.* ποτιδέρκεται, Dor. pro προσδέρκεται.

38. κυλλοδιόντες] κυλλοδιάω, et κυλλοδιόω, *habeo cavitates ſub oculis tumentes*: ἀπὸ τοῦ κοῖλον, aut ἀπὸ κυλλοῦ, *cavitas illa ſub inferioribus oculorum palpebris*. DAWES. *Lex. Homer.* [κυλλοδιόων, contractè κυλλοδιῶν, et, reduplicato dimidio τῶ ω, quod eſt ο, κυλλοδιόων, quæ mutatio ſolennis quoque Homero. Vide ſuprà ad Od. α, 25. p. 4.] ἰσόνια καὶ μύστακα μοχθίζοντι, ἀντὶ τοῦ μοχθίζουσι γὰρ κοπιῶσι· μοχθίζω, πονητικόν· μοχθῶ, κοπιῶ. *Schol.* ἰσόνια, ſcil. adverbialiter ſumitur.

41. —κάμνοντι τὸ καρῖνον ὀδὲ ἰσχύς.] Sic Virg. *Illum indignanti ſimilem, ſimilemque minanti, Aſpiceres.*— Æneid. viii, 649. T. WARTON.

42. —γυῖον—ὅσον ὄφ—] pro κατὰ τόσον ὄφ, ὅσον γυῖον ἐστί, h. e. *omnibus membrorum viribus*. HARLES.

43. —Ὦδι—] Idem quod ὥστε,—ἵνες οἱ ὀδόντι [Dor. pro ὀδόντες] πάλλον κατ' αὐχένα, ἢ περ ἴσῆι πολιῆι. *Adeò tenue ipſa tument undique in collo, quamvis cano.*

45. Τυτθὸν δ' ὅσσον ἄπωθεν,] i. e κατὰ τοσοῦτον διάστημα ὅσον ἐστιν ὀλίγον, *ad tantam diſtantiam quanta eſt parva, exindè*, h. e. *non procul ab*, &c.

47. —ἰφ' αἱμασιῆος—] Angl. *near an hedge*—

48. —ἃ μὲν ἀν' ἄρχας Φυτεῆ,] i. e. ἡ μὲν φυτεᾶ ἀν' ἄρχας, Angl. *the one is in the attitude of going up and down the rows of vines*, τινασσόμενα τὸν τρύγιμον. [τὴν σταφυλὴν τὴν εἰς βρῶσιν, ἐντυθέαν. *Schol.*] *injuring the ripe grapes*. Conf. Cantic. Salamonis, ii. 15.

51. —περὶ ἢ ἀκρόνιτον ἐπὶ ξηρῶν καλίξῃ.] ἀκρόνιτον hîc ſignificat τὸν μηδενὸς ἴσχοντα, et derivatur à κρατέω, ut rectè interpretatur H. Stephanus [Theſ. Tom. II. cap. 136. b.] BRUNCK. τὸ ξηρὸν eſt, ſecundum eundem H. Steph. [Ibid. c. 1142.

c. 1142.] *locus ficcus*, ſeu *loca ficca*. Erneſtius autem, [ad Callim. i. 253.] ξηρὸν *cibi vacuitatem* exponit. Hunc igitur locum, qui valdè vexavit editores, ita conſtrue et interpretare: φησὶν ὁ ἀνὴρ τὸ παιδίον, *ait ſe puerum non relicturum*, πρὶν πρὶν ἢ καθίξῃ [αὐτὸν] ἐπὶ ξηροῖς ἀκράτοισιν, *priuſquam ipſum ſedere fecerit ad loca ficca*, [i. e. *cibo vacua*,] *nihil poſſidentem*. Locutio, ſine dubio, proverbialis, pro eo quod eſt, *donec ipſum jentaculo* vel *prandio ſpoliaverit*. Vulgò quidem redditur ἀκράτισον, *fine jentaculo*: Verùm, præterquam quod ἀκράτισος in hoc ſenſu [ab ἄκρατος, *merus*, ſcil.] antepenultimam habeat longam, ideoque in verſu hîc ſtare nequeat; analogia linguæ, ut ſenſus ſit *fine jentaculo*, ἀνακράτιστος poſtulat. [Conf. Toupium in Epiſt. de Syracuſiis, ad v. 147. ubi vir acutiſſimus quædam rectè vidit, quædam non.] Quod autem ad ἀνάριστον, *impranſum*, attinet, quod in uno codice repertum dicitur, ejus itidem antepenultima longa eſt. [Vide Sam. Clarke, ad Il. ϰ, 299.] Huic autem malo, monente quodam amico, medetur doctiſſimus Wartonus, legendo —πρὶν ἢ 'νάριστον· quod non improbat magnus Valckenarius. Verùm utrovis modo interpretatus fueris ſenſus eodem redibit. 217.

52. —ἀνθερίκεσσι] Ἀνθερὶξ eſt caulis aſphodeli; ἀνθέρικος vel ἀνθέρικον ejus fructus vel flos, teſtibus Scholiaſt. Theocr. et Nicandr. nec non Dioſcor. Aſphodelus verò, qui hîc intelligitur, is eſſe videtur, quem *Aſphodelum ramoſum* Linnæus nominat.—Quomodo verò ex his ἀνθερίκεσσι locuſtipulas ſuas conſtruxerint veterum Græcorum pueri, nos jam latet. SCHREBER. Theocritus pro culmo frumentique calamo à radice ad ſummam uſque ſpicam exporrecto ſumit.—Homerus [Iliad. υ, 743.] accipit pro ſpicarum ſummitatibus. Conf. Virg. Æneid. vii, 809. Æ. PORTUS. Scholiaſtes in Theocritum ſignificationem vocum ἀνθερὶξ et ἀνθέρικος minùs accuratè expoſuiſſe videtur. Ad Idyll. i. illam pro cauli, hanc pro fructu τῆς ἀσφοδίλου ſumit. Ad Idyll. vii. ver. 68. per poſteriorem diſertè caulem intelligit: Ἀσφοδίλος ἡ βοτάνη πλατύφυλλος, ἧς ὁ καυλὸς καλεῖται ἀνθέρικος. Hæ voces re verâ uſurpatæ videntur ad denotandum ſine diſcrimine non ſolùm caulem, ſed alias quoque partes, et totam interdùm ſtirpem. Theophraſtus et Hippocrates per ἀνθέρικον caulem tantùm volunt, iiſque Plinius adſtipulatur. Veterum Ἀσφόδιλος vel -ον, eſt *Aſphodelus ramoſus* Linn. Angl. *Silver-rod*, vel *King's ſpear*. Latinis erat *haſta regia*, quia ſceptro ſimilis eſt floreſcens. A nonnullis etiam *albucum* nominabatur. Radix ejus conſtat ex plurimis oblongis maſſis carnoſis; et non diſſimilis eſt raphanorum craſſorum et curtorum faſciculo. Radix à veteribus edebatur contrita cum ficubus ad mode-

217. randam, ut verisimile est, ejus acrimoniam. Semina quoque pro victu in usu erant; sed utraque, quod verisimilius quoque est, pro medicamentis adhibebantur. Ejus autem caulis tenax est, fractúque, vel sectu falce, difficilis; et siquando eo opus esset, tanquam linum radicitus evellere necesse erat. Undè ἀνθερίκια θηρίζειν idem sonabat ac *operam perdere*, vel *absurdum aggredi*. Ad varios usus, tanquam vimina, fissus scil. et sole siccatus, olim adhibitus fuisse videtur, e. g. ad *nassas* conficiendas. Suadet etiam Hippocrates ut manducetur, ad indicandum rosione indè oriturâ utrum ossium capitis ulla sit necne fractura. Ακρὶς, undè ἀκρηδοθήρα, est *Locusta* plerisque; *Gryllus* Linn. Angl. *Grasshopper*, or *Locust*. RUTHERFORD.

55. Πάντα δ' ἀμφὶ δίπας,—] Virg. *Et molli circum est ansas amplexus acantho*. Ecl. iii, 45. Per ἀμφὶ δίπας, pro quo substituit Virgilius *Ansas*, videtur noster intelligere *oras* sive *marginem* poculi. Totum vas intelligunt Scholiastæ.—Ὑγρὸς est *flexibilis*. WARTON. Vide infrà ad Pind. Pyth. I. 16. Ακανθος est *Acanthus mollis* Linn. Angl. *Acanthus*, or *Bear's-breech*: cujus folia sæpè sculpturâ imitabantur; et præcipuum quidem ornamentum sunt capitelli Corinthiaci. RUTHERFORD.

56. Αἰολικόν τι θάυμα·] Rectè, quoniam nauta sive mercator, à quo suum illud poculum emerat aliquandò, tantum artis admirandæ prodigium, *ut Thyrsidis illud mentem stupefaceret*, fuit Calydonius sive Æolicus. Vide Schol. Casaub. et interpretes ad h. l. atque Hesych. sub h. v. ibique Alberti. —τὸ (Dor. pro σὸ) θύμον (τὸν σὸν διάνοιαν explicat Scholiastes,) more Homeri aliorumque poëtarum dixit Theocritus. HARLES. θάυμα, Dor. pro θῶμα.

57. Τᾶ---] Dor. pro τῇ, quod idem est hîc ac τότε, et subauditur ἀΐλι, quod vulgò fit in locutionibus emendi ac vendendi.

58. ---τυρόεσσα μίγαν λευκοῖο γάλακτος·] τυρόεις est adjectivum, et supplendum ἄρδος· τυρόεις γάλακτος igitur non est *caseus lactis*, sed *placenta ex caseo et lacte mixtis confecta*. v. Valcken. HARLES. τυρόεντα, ἀντὶ τῦ τυρὸν μέγαν, ἀπὸ γάλακτος λευκοῦ. *Schol.* quæ verior videtur, quia simplicior, interpretatio.

59. Οὐδ' ἐτι πω ποτὶ χείλος ἐμὸν θίγεν,—] i. e. Οὐδέπω ἐπ. προσθίγειν ἐμὸν χείλος, &c. Ad verbum ferè Maro: *Necdum illis labra admovi, sed condita servo*. Ecl. iii, 43. Hanc lectionem alteri, Οὐδέ τι πω, prætulit Valckenarius cum H. Stephano aliisque. πω Dor. pro πω.

60. ---τᾷ κέν τυ·—] τᾷ κῇ τὸ præferunt aliquot Codices MSS. mihi placet lectio vulgata: τᾷ κέν τυ μάλα τερπνὸν ἀρεσσαίμαν· *quo tibi dono lubentissimus gratificer*. In hunc sensum verbo ἀρεσσασθαι aliquoties utitur Homerus. VALCKEN.

61. Αἰκέν μοι τὺ,—] Ordo est: εἰ τὺ, φίλος, κε [quod est ἀείσῃς μοι τὸν ἐφίμερον ὕμνον. Ἐφίμερον ὕμνον, *carmen pastoribus*

ribus amabile, ſive, ut Niclas, qui hanc lectionem defendit, probante Reiſkio, vertit, *hymnum amatorium, deſiderativum*. HARLES. Τὸν ἐφ' Ἱμέρᾳ ὕμνον emendat D. Heinſius, i. e. carmen bucolicum de infortunato Daphnidis amore prope Himeram, fluvium in Siciliâ, primùm cantatum; vel quod ab Himeræo poëtâ primùm cantatum fuit. Quæ lectio Heinſiana valdè arridet doctiſſimo Valckenario.

62. Κὤ τοι τὶ φθονίω---] Caſaubono placuit: Κὤτοι τὶ φθονίοις· *tu ne mihi invideas hoc carmen, quod à te peto recitari.* Genuinum videtur quod legitur in Schol. in aliquot Codd. et Editt. primis, Κὤτι τὺ κιρτομίω· *nec ſane hæc dico tui irridendi cauſa.* VALCKENAER. —πόταγ' ὦ 'γαθέ· i. e. πρόσαγε ὦ ἀγαθέ· *age ô bone, vel huc accede ô bone vir.* Æ. PORTUS.

18. Χἀμὸς—] i. e. Καὶ ὁ ἡμὸς—ταὐτά γ' ἔχει— Sic ſcribendum cum Reiſkio et Toupio. VALCKEN. *Ita quoque ſe habet Dioclides. My huſband is as great a fool as yours.* TOUP. —φθέρᾳ ἀργυρίῳ, [Dor. gen.] *pecuniæ pernicies.* —φθέρᾳ graviter pro φθορεύς, *qui rem perdit*, pecuniâ neſcit rectè uti, ex ſententiâ ſtolidæ mulieris, quæ ornatum muliebrem in dici pompam maluerat. HARLES.

19. Ἐπὶ δραχμᾶν,] Si voces ſeparatim eſſent ſcribendæ, δραχμαῖν requireretur. In codd. et edd. primis legere licet, ἐπὶ δραχμᾶν, vel ἐπιδραάχμως; poſtremum à Bentleio probatum [vide *Diſſ. upon Phalaris*, p. 444. edit. 1mæ] et Weſſelingio, recepit in ſuam edit. Reiſkius: ἐπὶ δραχμᾶν legebat Toupius: ego ſcribendum arbitror ἐπιδραάχμω, quod ſit ab ἐπιδραχμον. VALCKENAER. Sic conſtrue et interpretator Angl. ἰχθὶς ἔλαθ' ἁμὶν πόκω; [ἀνθ'] ἐπὶ δραχμᾶν; κυνέας,— It was but *yeſterday he purchaſed five fleeces for ſeven drachms, dog's hair*, [*vellera non ovina*, ſed ſi diis placet— *canina*, ut rectè Toupius.] —ἀποτιλματα γραῖν πηρᾶν, *the pluckings of old maimed ewes.* [Editt. primæ, " inquit Valck. " et codd. collatorum plerique præbent—γραιᾶν ἀπο- " τίλματα πηρᾶν· πηρᾶν admiſi, repertum in duobus ſaltem " Theocriti codd. ſervatum etiam in Scholiis MSS. in Her- " mogenem, ubi hæc laudantur Theocritea.—Vocem γραῖς " rectè Schol. interpretatur πρεσβύτων γυναικείων. Vellera ita- " que ſignificantur *ovibus vetulis mutiliſque vi avulſa*, atque " adeo *lacerata*. " [p. 316. ubi vide multa plura.] ἄπο- ῥύτον, *mere traſh*, ἔργον ἐπ' ἔργῳ, *toil and trouble.* Cæterum putat Valck. κυνέας, in ſenſu Laconico, poſſe reddi *quiſquilias*, quales canibus projiciebant, ſive, vellera tantum digna, quibus, mox abjiciendis, manus abſtergerent, quæque uſum adeò τῶν κυνέων præſtarent. Sed de his, aliiſque huc pertinentibus, vide notas Warto ni, Toupii, Valckenarii, &c.

21. —τὠμπίχορον,] ἀμπίχορον, *peplus* aut *palla*, mantile; πτερωτὰς,

περισατεῖς, veſtis interior, aut Dorium muliebre veſtimentum, ad pectus fibulis aſtrictum. HARLES. λαζεῦ· Scripſerat ut opinor, λάσδευ. VALCK. 237.

22. Βᾶμις—] *Eamus ad* aulam *divitis regis*, &c. [Θασέμεναι, &c. Obſervent diſcipuli voces Doricas.] Nempè manè iſtius diei ædibus quæque ſuis exierant, atque ante medium diem elapſum redeunt domum; vide v. 7—10, 43, 147. et Valck. p. 190. HARLES.

24. —Ες ἀλϐία—] Rectius eſt quam ἀλϐίᾳ, vel ἐναλϐίᾳ Toupii. VALCK. Subauditur οἶκῳ.

25. Ὢν εἶδες, χ' ὃν οἶπας, ἰδοῖσα τὺ τᾷ μὴ ἰδόϊσι.] Αἶλι τῦ ἓξ ὧν οἶπις, τᾷ ἓξ ὧν ἰδιάσω, ἐκ τύτων διηγήσαιο ἂν τᾷ μὴ θεασαμίνᾳ. *Schol.* Hic locus mirè vexat interpretes. Forſan tamen nil mutandum, atque, quandò Gorgonem jam olim vidiſſe pompam fingamus, interpretandum erit, at *narra*, διηγάσαιο, cum Scholiaſte ſupplendum; Gorgone quæ feſtinat, orationem interrumpente: "tu verò, quum jam vidiſſes pompam, ea, quæ "vidiſti, et quæ te vidiſſe dixiſti, mihi" (τᾷ univerſaliter, ex communi loquendi ratione,) "ea nondum videnti narra." HARLES. Nimis longum foret hîc recenſere omnes interpretum hariolationes, præſertim quum non multum profint ad ſenſum proferendum. Weſſenburgius ſic corrigendum cenſet; Ὢν ἴδες, ὡς οἶπαις ἂν ἰδοῖσά τι τᾷ μὴ ἰδοίσᾳ.

26. Ἔρπιν—] apud antiquiſſimos ſcriptores, dein apud Dores, ſignificat *ire*, *abire*. Sic quoque v. 136. intelligendus eſt. HARLES. Quod ſequitur adagium, ſi ſeorſùm ſpectetur, ἀεργοῖς αἰὲν ἑορτά, in iſtum certè ſenſum adhiberi potuit, quo cepit Eraſmus in Adag. *Ignavis ſemper feriæ ſunt*; quo hîc ſenſu ponatur à Gorgone Theocriteâ non ſatis liquet.—Reiſkius ſententiam illinc effecit ſatis probabilem: "Nos—nunc non ſumus otioſæ, ſed vel maximè nego-"tioſæ: quare iſtas ſermonum epulas alii tempori magis va-"civo reſervemus." VALCKENAER.

27. Εὐνόα, αἶρε τὸ νᾶμα,—] Angl. *Eunoe, liſt the water,* αἰνόθευπις— [Koehler vertit: *perditè delicata*: in cod. Par. explicatur κινδοξε ἐπὶ κακοῖς. Valckenarius conjicit (quod αἰνοδευπις unus codex Vatican. habet.) αἰνόθευπις, *nimio vinè uſu debilitata* vel *fracta*. αἰνόθευπις edit. Florent. duoque codd. HARLES.] *delicate,—ſaucy jade! and ſet it down in the middle again.*— [Hera ſcil. imperat miſeræ ancillæ, ut feſtinet aquam manibus lavandis tollere ex angulo et in medium ponere. Mulierculæ ipſius properantia, omneſque adeo ejus geſtus ita ad vivum depinguntur, ut nihil poſſit ſuprà.] αἰ γαλέαι μαλακᾶς χρήσδοσι καθίδην, proverbium eſt, quo utitur Praxinoë de ancillâ Eunoë, Gorgonem alloquens. Doctiſſimus Toupius ſic optimè reddit: *The cat likes fiſh, but*

is afraid to wet her feet. " Quod falſum," inquit, " et ad " Eunoam referendum, hominem mollem, delicatulam, otio " atque inertiæ deditam. Nam *feles* molles et ignavæ. " [Epiſt. ad Wartonum, p. 33. ubi vide plura.] γαλίαι ſunt et *muſtelæ*. " Rapaces muſtelæ, ut et feles, celeriter correptis " muribus, vel quacunque tandem prædâ raptâ, exſaturatæ, " diu ſegnes et otioſæ, quàm molliter ament cubare, domeſ- " tica quemvis docet his in oris, ubi muſtelæ ſunt raræ, nec " ſanè aluntur, in felibus experientia: ſegnem, et tamen " etiam rapacem, ancillam ſuam amicæ voluit expictam: ut " amant inter ſe ſimul garrientes mulierculæ, amabant ætate " certè Theocriti, ſibimet ipſæ ſtulto quidem, humano ta- " men, ignoſcentes amore, ancillæ quæque ſuæ vitia rete- " gere. Hic proverbii Syracuſani, hoc uno in loco lecti " ſenſus mihi eſſe videtur. " VALCKENAER.

238. 29. Κιτῦ δὰ—] Hæc ad perſonam loquentis mirè accommodata. Angl. *Pritbee beſtir thyſelf, bring the water quickly: I want water firſt. How awkwardly ſhe brings the water!* &c.

32. —ἐπεῖα θεὸς ἤθελεν, τοιαῦτα πίνομεν.] Ad verbum: *lota ſum tantum quantum videbatur diis.* Angl. *I am waſhed as well as it pleaſed the gods I ſhould be:—I am waſhed as well as the adverſe gods thought fit.* Proverbium eſſe videtur, cujus vis genuina nunc deperdita eſt.

35. —πόσσου κατέβα τοι ἀφ' ἱστῶ;] *quanti deſcendit tibi à jugo telæ?* Angl. *how much did it coſt you from the loom?*

36. —πλέον ἀργυρίου καθαροῦ μνᾶν ἢ δύο.] *It coſt me more than two minæ of pure ſilver.* [Now a Mina was a Pound weight of Silver, and conſequently equivalent to Three Pounds Sterling. BENTLEY's *Diſſert. upon Phal.* p. 443.] τοῖς δ' ἔργοις κὴ τὰν ψυχὰν ποτίθημι· τὰν ψυχὰν τοῖς ἔργοις προθεῖναι, eſt *Animam ſuam in opere ponere;* ſive, *ita ſe cruciare et fatigare, ut vitam ſuam periclitetur.* Quare dixit Praxinoë: *Ita me totam dedi telæ detexendæ, ut pænè animam meam in opere poſuerim. It coſt me more than two minæ, and my life almoſt into the bargain.* TOUP; apud quem vide plura, ποτίθημα, Dor. pro προσίθημα.

38. Ἀλλὰ κατὰ γνώμαν ἀπέβα τοι.] *Sed laborem nunc compenſat voluptas animi, quo frueris tam eleganter ornata.* VALCK. Πᾶ ποκ' ἔλειπις— ſunt ex emendatione Eldikii, approbante Valcken. pro vulgatis—Ναὶ· καλὸν εἶπας.

39. —θολίαν—] τὸ σκιάδιον, τὸν πέτασον, *Schol. moſt paraſol.* LONGEPIERRE. *une caleche.* BRUNCK.

40. —μορμὼ, δάκνει ἵππος.] Angl. *bugbear!—horſe bites!* Quàm convenienter ad perſonam! Quod genus locutionis olim, ut videtur, invaluit, ut hodiè invaleſcit. Quæ ſequun-

tur

tur ſunt facilia, nec longo neque operoſo commentario egent.

41. Δάκρυα ἴσον' ἰθίλοις·] Lege cum Porſono, ad Med. 1218, (1230.) Δάκρυ' ἴσονα θίλοις· nam δακρύω ſecundum producit: non item δάκρυα, *lacrymæ*.

44. Ω θυί,—] Nova incipit quaſi ſcena, et poëta ad ipſum tranſit ſpectaculum, ante regis aulam: exeunt mulieres, conſpectáque infinitâ multitudine hominum, quos concurſare dicunt inſtar formicarum numero modóque carentium, exclamant: *Quanta turba eſt! quomodò et quandò hoc malum ſuperare poterimus, quomodo tranſibimus?*—Χρὴ h. l. ſignificat *licet*. HARLES.

49. —ἐξ ἀκάτας κεκραμένοι ἄνδρες ἴκαισδον,] *homines* fraudulenti, *ex dolis conflati*, atque ad nequitias pravaque facinora exercitati: metaphora ſumta à ferro aliiſque metallis, quæ crebris ictibus contunduntur et conflantur: quod etiam κρητῆν et συγκρητῶν dicebatur.—Elegantèr hîc, ὑφήμους, παίσδειν ponitur pro *furari*: Græci ſic inter ſe furunculi pro κλέπτειν dicebant παίζειν, ut in vitâ quotidianâ ſic in ſcenâ. VALCK. Toupius autem conjungit ἐξ ἀκάτας ἴκαισδον, et reddit: *dolo malo ludebant*.

50. —κακὰ παίγνια,] *mali ſcurræ*, πάϊλις ἐρεοί. Pro voce vitioſâ Scaligero venerunt in mentem ἐρμῖδαί· Caſaubono, ἀρεῶνες· Toupio ἀεργοί· Wartono, ἀρεῖοι· mihi olim ἴλεοι. Muſgravio, ἀζῆοι· Verſum ſic corrigendum ſuſpicatur Eldikius: Ἀλλάλους ἐμαλοί, κακὰ παίγνια παῖσδον ἀρίστοι. VALCKENAER; cui tamen, præ cæteris, arridet illud Toupii; πάϊλις ἀεργοί· *a parcel of idle raſcals*.

53. —ἴδ' ὡς ἄζηι· κυνοβαρὲς—] Vulgò junguntur ἄζηι, κυνοβαρὲς, Εὐνόα, &c. et defendit hanc interpretationem Warton, vertens: *vide modo, quàm ferox et intractabilis ſit*, n. rufus ille equus. Meliùs verò Reiſke, Valcken. et Brunck. poſt ἄζηι ponunt punctum, et κυνοβαρὲς [*impudent, canem impudentiâ et temeritate imitans*,] conſtruunt cum Εὐνόα, ita ut domina Eunoen, quæ paullò inconſideratiùs equo ferocienti nimis propinqua adſtabat, impudentis nomine inſigniret, et ſuis ad Gorgonem media quædam interjiceret. HARLES.

55. Ωνάθην] Verum puto quod Hemſterhuſius adſcripſit, Ωνάμην· ſive potiùs, Ωνήμην. Pro ἴνδον, ſcripſi ἰνδοῖ. VALCK.

57. Τοὶ δ' ἴσαν ἐς χαράν.] Non *proceſſerunt in campum*; ſed 239.
in ſuum quiſque locum receſſerunt. *Idem*.

62. Καλλίστα—] eſt dualis: *ô vos puellarum pulcherrimæ*. HARLES.

64. Πάϊλα—] Hunc verſum cum Brunckio tribui Praxinoæ. VALCK.

68. —ἀκρὶξ ἴχειν,] *firmiter adhæreto nobis*.

69. —τὸ ϑερίσιον—] Veſtis æſtatis tempore ſumta.—κοτῶ Διος, i. e. πρὸς τῦ Διὸς.

70. —ἄττι γένοιο,—] Angl. *God bleſs you man! take care of my cloak.* Οὐκ ἐπ' ἐμὶν— *it does not depend upon me.* Vide Vol. I. ad p. 85. n. 9.

73. Ωθεῦντ' ἄλληλα ὕες.] i. e. Ωθοῦνται, &c. Angl. *They ſhove one another like* as many *hogs.*

240. 74. Καὶς ὥρας, &c.] *Et hunc annum et plures fortunatus ſis, qui noſtrum curam geris!* Hanc formulam benè precandi, eique contrariam uberiùs illuſtrârunt Caſaubonus et Valck. HARLES.

75. —χρυσῶ—ἀνδρός·] Subaudi ἔργον· quod idem eſt, ac ſi dixiſſet ἐν ᾧ πολλῆς ἔργον ἀνδρὸς χρυσῦ· *qua in re partes agis viri probi atque miſericordis.* REISKE.

76. Φλίσσεται]. Pro Θλίσσεται reſtitut. ex cod. Vatic. et Euſtathio. VALCK.

77. —ὁ τὰν νυὸν ἅπ' ἀσυκλάζας] Ὡς παροιμίας ὕσης, ἀσυκλάσας τὴν νύμφην τις, καλῶς τά γε ἔνδον ἐμὴν ἔχει, φησὶ, διὰ τῆ ὁ Γοργὼ ὕτως ἐφθέγξατο. *Schol.*

78, 79. —πόσσαν' ἔδη·] Vide ſuprà ad Idyll. i. v. 62. ποικίλα, *picta et arte textoriâ diſtincta.* HARLES. —ϑεῶν περονάματα φαεσίμων. Reiſkius corrigebat ingeniosè: ϑεῶν περὶ νήματα (περινήματα eſt in cod. MS.) φαεσίμων. Legendum puto, —ϑεάων νήματα φαεσίμων. Ruhnkenio in mentem venêre ϑεᾶν γε πονήματα. Waſſenbergio, ϑεᾶ γε π. *ipſius deæ Palladis.* VALCK.

80, 81. —Ἀθαναίᾳ·] Minervam, quæ horum operum ſtudium iſtis indiderat textricibus, invocat Praxinoë. —ἐρίφοις, *lanifica.*—Ποῖοι ζωογράφοι, &c. *quales pictores adcuratas iſtas pinxêre picturas,* ſive *opera picta?* Conf. Anacr. Od. XXVIII. HARLES.

82. Ὡς ἕτυμ' ἐτάκησι,] *Quàm vera ſunt!* [ἐτάκησι Dor. pro ἐτάκασι, quod idem eſt hîc ac εἰσί.] κὴ ὡς ἕτυμ' ἐδονοῦσι, *et quàm verè movent ſe!* ἐδονοῦσι pro ἐδονῶσι, et ſubauditur ἑαυτά.

83. —Σοφόν τι χρῆμα'—] Vide Vol. I. ad p. 7. n. 9.

87. —κνάνοντα κοντιλλόμενα—] Angl. *prating inceſſantly like turtles.* ἰκνουμενοῦσι πλατυτιόδεσσα [pro ἰκνουμενοῦσι, quod ab ἰκνουμών vulgò formant, *odiosè ſtrido.* Mutandum vult Valck. in ἰκνυεδοῦσι, pro ἰκνυζόσι, ab ἰκνίζω, *rado,* indè *fœdo, corrumpo.*] "Senſus eſt: *ore ſuo patulo garrientes omnia defor-*" *mant et corrumpunt,* quoniam ore Dorico Sicularum mu-" lierum deformata delicatas hominis Alexandrini aures *re-*" *debant.*" HARLES. Valck. addit in 2dâ edit. fortè quis præferat ἰκνουσοῦσι. Angl. *they grate the ears, ſpeaking every thing ſo broad!*

89. Μᾶ,]

89. Μᾶ,] Vocabulum increpantis, indignantiſque eſt. HARL. Μᾶ tentari non debuerat.—Septem verſus ſeqq. Praxinoæ tribuuntur in edit. Brunckii. VALCK.

90. Παπάμενος] Angl. *When thou haſt got us into thy poſſeſſion*— or, *when thou art our maſter.* ἀ πάομαι, *poſſideo.*

91. Κορίνθιαι—] Κορινθίαν γὰρ ἄποικοι οἱ Συρακούσιοι, ὡς φῇ ὁ Βιλλιοφῶν. *Schol.* λαλεῦμες, Dor. pro comm. λαλοῦμεν.

93. Δωρίσδιν—] τὴν—Πιλοπόννησον ᾤκησαν οἱ Δωριεῖς οἱ σὺν Ἡρακλείδαις. *Schol.*

94. —Μελιτώδης,] quaſi *mellita.* Sic dicta erat Proſerpina; teſtibus Schol. et Porphyrio. Μὴ φυῇ—ὃς ἁμῶν κἀμοῦ κρείσσων ἐσῇ πλὰν ἑνός. *Non oriatur qui nobis imperet, uno excepto.* [per *hunc unum*, maritum intelligit.] Angl. *I ſhould never wiſh to ſee more than one Lord and Maſter.* Quæ ſequuntur mirè exercuerunt interpretes. Doctiſſimus Toupius punctum ponit poſt ἄῃ· et ſequentem verſum ſic legit: Πλὰν ἑνὸς ἂν ἄλλῳ, μή μοι ΚΟΝΙΑΝ ἀπομάξῃς. "De veſte ſuâ," inquit, "ne "quid detrimenti capiat ſcilicet, ſollicita eſt, ut ſuprà, "Praxinoa. Quare ad hominem ſe convertit et dicit: *Unum* "*tantùm metuo ne* pulverem *in me abſtergas.* Quod verum "videtur. Idem κόνιν, κόνιαν, et κονιορτόν. Huc egregiè facit "Lucas x. ii. Καὶ ΤΟΝ ΚΟΝΙΟΡΤΟΝ τὸν κολληθέντα ἡμῖν ἐκ "τῆς πόλεως ὑμῶν ΑΠΟΜΑΣΣΟΜΕΘΑ ΥΜΙΝ. Quod planè "geminum germanum eſt." Undè Harleſius—"Forſan "μοι," inquit, "quod ſæpiùs fit, παρέλκει, et locus, voc. "κονίαν recepto, *ne pulverem ejicias, excutias*, ita intelligen-"dus eſt: *non curo*, ſcil. te; *noli pulverem ejicere*, i. e. "operam fruſtaneam impendere, et imperare, quæ non in "tuâ, ſed in mei mariti ſim manu ac poteſtate." Vulgata interpretatio eſt: μή μοι κονιὰν, &c. *ne mihi alapam impingas.* —Sed nolo ulteriùs proſequi quæ commentati ſunt ad hunc locum diverſi interpretes; ne mihi reverâ uſu veniat, quod ſibi venire poſſe ſuſpicatur, poſt doctam ſuam enarrationem, Valckenarius, ut Lector ſcilicet incertior hinc abeat, quam venerit.

98. Ἄτις τᾷ Σπέρχιν τὸν ἰάλεμον ἠρέσατο·] *Quæ in canendo* 241.
Sperchide, quod carmen lugubre eſt, primas tulit.—Sperchis eſt nomen *ialemi*, ſive carminis lugubris, quod in honorem *Sperchidis*, qui ſe Perſæ pro patriâ interficiendum obtulerat, cantabatur. TOUP. Vide plura apud Valckenarium.

99. —διαθρύπτεται—] Hoc facere dicitur cantrix Argiva, dum vel motu quâdam petulanti, vel præludiis vocis ad canendum ſe componit, et cantilenam Adonideam incipere parans quaſi laſcivit. HARLES.

100. —Γολγώς—] repoſuit Valck. Dor. accuſat. plur. à nominat. Γολγοί. Vulgat. eſt Γολγόν. Golgi autem et Idalium

241. lium urbes fuerunt Cypri. Idalium tamen, ut obſervavit Harleſius, mons quoque fuit et nemus, vel lucus, urbi vicinus, Veneri ſacer. Eryx mons Siciliæ; undè Venus vocabatur à Horatio, *Erycina ridens. χρυσῇ παίδευσ', auro ludens, aurea, ſplendida. παιδευσα* Dor. pro *παίζουσα.*

103. *μαλακαίπολος Ὧρα,*] *μαλακὸς δὲ ἔχων πόδας ὅτι τὰς ὥρας ἐπὶ τὸ ἧττον μαλακόν. Schol.* Potiùs quia earum progreſſus levis eſt et quaſi mollis.

107. —*Βερενίκαν,*] *τὴν τῆ Σωτῆρος γυναῖκα, μητέρα δ τῆ Φιλαδέλφῳ κ Αρσινόης. Schol.*

109. *Τιν*] comm. pro Dor. *τοί.*

110. *Ἃ Βερενίκεια θυγάτηρ,*] Vide ſuprà ad Œd. Tyr. v. 267. ad p. 121.

113. —*ἀπαλοὶ κᾶποι,*] Adonidis *κᾶποι*, five horti, apud veteres celeberrimi erant. De iis vide Toupium ad hunc locum, in Epiſt. ad Wartonum; Meurſium in Græciâ Fer. in v. *Ἀδώνια*, Wyttenbach. in Plutarch. de ſer. Num. vind. p. 79. et Potter Archæol. B. ii. c. 20. Sic autem Schol. *Εἰώθασιν ἐν τοῖς Ἀδωνίοις, συρὸς κ κριθὰς σπείρειν ἐν τισὶν ἀγγείοις, κ τὰς φυτυθείσας κήπους Ἀδώνιδος προσαγορεύειν.*

117. —*τά τ' ἐν ὑσρῳ ἐλαίῳ,*] Præter fructus nimirùm aderant cujuſcunque generis placentæ, Adonidis imagini adpoſitæ, à piſtricibus dulcinariis ſic artificioſè effictæ, ut animalium quorumvis figuras exprimerent.—*ἕρπετα* Dor. dicuntur quævis animantia, quæ pedibus incedunt.—*τᾶδε, hæc*, ad Adonidis imaginem. HARLES.

124. *Αἰσὰ—*] *Ὡς ποικιλμένον ἀσσῶν ἐλεφαίνεα, κ βαθυζώνων τὸν Γανυμήδη. Schol.*

125. *Πορφύρεοι,* &c.] Toupius conſtruit *ἄνω*, cum *μαλακοστόρεοι.* "Tapetes," inquit, "ex aliâ parte *ψιλοὶ*, ex aliâ *villoſi.* hinc *ἄνω μαλακὸς ſupernè molles* vocat Poëta." Admodum autem placet doctiſſimi Valckenarii hujus loci interpunctio et conſtructio:

> *Πορφυρέοις ἔ τάπησιν ἄνω (μαλακωτέρῳ ὕπνῳ*
> *Ἃ Μίλητ@ ἰρὰ χὼ τὰν Σαμίαν καταβόασαν)*
> *Ἐρρωται κλίνα· τῷ Ἀδώνιδι τῷ καλῷ ἄλλα.*
> *Τὰν μὲν Κύπρις ἔχει· τὰν δ' ἁ ῥοδόπαχυς Ἀδωνις.*

Supra purpureis tapetibus (quos molliores ſomno Mileſius dixerit et Samius,) ſtratus eſt lectus; alius Adonidi formoſo: Illum quidem Venus tenet; hunc verò lectum roſeus occupat Adonis. Obſervandum tamen ſupervacaneam eſſe reduplicationem τῆ ῥ ante ῥοδοπάχυς. Nam "Sermonis Attici prorium eſt omninò omnibus verbis à ῥ prout hodiè ſcribun"tur incipientibus duplicis conſonantis vim perpetuam con"ferre:" uti obſervavit Daweſius Miſc. Crit. p. 160. edit. Burgeſs.

Burgeſs. ubi vide plura. Vide etiam ſuprà ad Œd. Tyr. v. 847. p. 141. Cæterùm Dor. dici poteſt in accuſ. plur. μαλακοτίρως vel μαλακοτίρῳς, pro μαλακοτίρους.

130. —ἔτι οἱ περὶ χείλεα πυῤῥά,] i. e. [τὰ μέρη] περὶ χείλεα 242.
ἔτι [ἐστὶ] πυῤῥά· loca *circa labra* ejus *adhuc ſunt flava*, vel *flava lanugo adhuc cingit labra*. Valckenarius legendum proponit: ἔτι οἱ περὶ χείλη ἴυλος· quod eodem ferè recidit.

133. —πνεματ' ἐπ' ἄϊόνι πλύσλα·] *fluctus qui ſe in littus evomunt*. T. YOUNG.

141. —Δευκαλίωνας,] Aut Deucalionis filios, Hellena et Amphictyonem, aut Deucalionem ipſum ſolum hâc voce poſſe ſignificari, doctiſſimè oſtendit Valckenarius.

143. Ἵλαθι νῦν,—] *Sis mihi nunc, ô Adoni, atque in poſterum propitius*. VALCK.

145. —τὸ χρῆμα σοφάτερον.—] *Res hæc eſt elegantior*, quàm ut ſcil. verbis à me poſſit exprimi. ἀ θήλεια—γλυκυφωνῆ. Tantundem iſta, ni fallòr, ſignificant, ac ſi mulier dixiſſet Attica: τὴν θήλειαν ἴγωγε τῆς ἐπιτέρπης μακαρίζω. κ' πάνυγε δὴ ζηλῶ τᾶς γλυκυφωνίας. *Argiam equidem iſtam fortunatam judico, quæ tam ſit perita, et vehementer cantum ejus mirata dulciſſimum collaudo*. *Id*.

147. Ὥρα τόμως οἴκοι.] *Tempus tamen eſt domum redeundi*. ἀνάρις· Διοκλείδας· *nihil guſtavit*, vel *adhuc jejunus eſt Dioclidas*. Toupius reddit: *My huſband has had no meat for the day*. Vide Toupium ad locum; et cf. ſuprà ad Idyll. i. v. 51. ad p. 217.

148. Χοινὶς ἄξος ἄναν·] Pro vulgari ἄγαν, reponit Valck. ἄναν, ex duobus codd. ἄξος idem quod ἄξυς· *et vir meus totus quantus merum eſt acetum*. [Sic Lucret. *tota merum ſal*. uti notatum invenio manu amici mei doctiſſimi T. Burgeſs, in margine ſui exemplaris Valck. Theocr. x. Eidyll. quod mihi utendum miſit vir humaniſſimus.] κωνῆι δὲ μηδὲ κοτίσθης, Dor. pro κωνῆι δὲ μὴ ἐρεθίσθης. *Sed eſuriens vel imprimis evitandus*.

☞ Quicunque pleniſſimam, operoſiſſimam et eruditione refertiſſimam hujus Idyllii enarrationem videre cupit, is adeat doctiſſimi Valckenarii Adnotationes in Adoniazuſas Theocriti: quæ comitantur *Theocriti decem Idyllia*, &c. Lugd. Bat. 1773. 8vo. Conferat Epiſtolam Joannis Toupii de Syracuſiis, quæ extat in edit. ſplendidiſſimâ Theocriti, quam procuravit Th. Warton. Oxon. 1770. 2 voll. in 4to.

---

* ΕΛΕΝΗΣ ΕΠΙΘΑΛΑΜΙΟΣ.] *Idyllium XVIII*. Inſcribitur hoc Idyllion *Epithalamion Helenæ*, id eſt, carmen nuptiale. Introducuntur autem duodecim primariæ puellæ ex urbe Spartanâ, quæ in die nuptiarum veſpere ante thalamum

Menelai

Menelai et Helenæ ſponſæ hoc carmen canere finguntur. Primùm autem jocis nuptialibus ludunt: deindè ſponſo gratulantur, quod ſolus inter tot principes procos nuptiis talis ſponſæ potitus, et jam Jovis gener factus ſit. Poſtea Helenam laudant, atque in eo loco nonnihil immoratur Poëta. In fine, ſicut fieri ſolet, bene precantur ſponſo et ſponſæ. Erant autem duo genera Epithalamiorum: alterum accinere ſolebant veſpere; cum ſponſa in thalamum duceretur: quod κατακλιτικὸν vocabant: alterum mane ſub aurorâ canebatur; idque διεγερτικὸν, i. e. *excitatorium*, vocabatur. *Anon.*

Ver. 1. Ἐν ποκ' ἄρα Σπάρτᾳ.] *Spartæ quidem olim,*—ἄρα, h. l. haud ſuperfluum eſſe videtur, ſed habere officium ſuperioribus connectendi inferiora, ita ut vices gerat τῶ, μὲν δή, vel μὲν δὴ, et reſpondeat δὲ v. 7. Conf. Hoogeveen de part. Græcis, p. 136. HARLES. ποκ' eſt Dor. pro ποτ'.

2. —θάλλοισα κόραις ὑακίνθου—] Intelligo coronas ex hyacintho. Virgines enim hyacintho florente redimitæ choreas inſtituerunt. v. Paſchal. Coronis libr. iii, cap. 10. HARLES.

3. —νεοζεύκτῳ—] *picti nuper thalami. Idem.*

4. —μέγα χρῆμα Λακαινᾶν,] Locutio quæ idem ſonat ac *egregiæ Lacænæ*. Vide Hoogeveen ad Vigerum, c. iii. § xiii. n. 2. Λακαινᾶν Dor. pro Λακαινῶν.

5. Ἄνικα, &c.] Dor. pro ἡνίκα [θυγάτηρα] Τυνδάρεω κατακλείσατο τὴν ἀγαπητὴν—

243. 7. —ἰσχεατόωσαι] Pro ἰσχεατόωσαι, *pulſantes* terram, ποσὶ περιπλόκοις, *pedibus numeroſis*. πλόκος, [undè περιπλόκοις] eſt *attollo pedes cum decore et pulſo terram numerosè*, vel *tolutim incedo*, ut interpretatur Dammius; dicitur enim de equis et mulis gradientibus. Vide Hom. Od. ζ, 318. Vulgata lectio hîc eſt, περιπλέκτοις, de quo Reiſkius, "Pedes," inquit, "tum "ſunt inter ſe περίπλεκτοι, *circumplicati*, vel *perplexi*, cum "magna hominum multitudo ſaltans in numeros pedes eoſ"dem pariter tollitque ponitque, et eodem momento ſupplo"dit. Pedes enim tunc inter ſe ita implicantur, ut fila inter "texendum, modo horſùm, modo prorſùm agitantur."

9. Οὕτω δὴ πρωΐζα κατίδρωθες,] *An igitur tam maturè cubitum iviſti?* Gall. *es tu donc allé coucher ſi tôt?* Æ. PORTUS. πρωΐζα eſt, *prematurè, ante tempus*, &c.

12. Εὖδον μὲν χρίζοισα—] Formas Doricas, Εὕδον μὲν χρίδοισα, reſtituendas rectè monuit Toupius. VALCK. Ordo autem eſt: ἐχρῆν σὲ χρίζοισα εὕδον καθ' ἥσυχον [εὕδειν] αὐτήν. Angl. *If thou badſt a deſire to ſleep betimes, thou ſhouldſt have ſlept* [*by thyſelf*] *alone*. Brunckius reſcripſit: Εὕδον μὲν χρίδοισα, καθ' ἥσυχον εὕδον ἐχρῆν συ,—audacter nimis.

14. —βαθὺν ἄρτεον·] βαθὺς ἄρτος eſt *profundum dilucului*, quum

quum videlicet nondum illuxit: Gall. *la plus petite pointe du jour.* Conf. Plat. Crit. ſub. init. Vol. I. p. 235. De voce autem ἴνας ita Reiſkius —" ἴνας," inquit, " Ald. et Flor. " quod revocavi: cæteræ ἴναν v. Heſych. v. ἴνας et ἴνας, *die* " *tertio poſt:* ſubauditur ἐπὶ. Sententia eſt: Si quidem et " die tertio poſt, uſque ad extremam auroram, et totis po- " ſtea annis continuis tua erat futura." τεὰ νυὸς, *tua ſponſa,* τεὰς, ὰ, ὸν, Dor. pro σὸς, σὰ, σὸν. " Simplicior," inquit T. Young, " videtur interpretatio, *et veſperi et manè*, ſcil. ἴναν " *die ſeneſcente;* nam ἴνα apud Ariſtophanem manifeſtè eſt " *vetus.*" 243.

16. —ἀγαθός τις—] Angl. *Some worthy perſon ſneezed good luck to thee when ſetting out for Sparta, that thou mighteſt make out this match for thyſelf, where there were other rival princes.*

22. —ἧς δρόμος αὐτὸς] i. e. αἷς δρόμος ὁ αὐτὸς—*quibus idem curſus eſt, poſtquam noſmet unxerimus ad fluenta Eurotæ, more virorum.* " Hic memoratus puellarum Lacænarum " δρόμῳ propriâ quadam appellatione deſignabatur à Lace- " dæmoniis. Heſych. Ἐνδρώνας, δρόμος παρθένων ἐν Λακεδαίμονι. " Sed quid iſta ſibi vox velit latet." VALCKENAER. Vide Spanhemium ad Call. Lav. Pall. v. 13.

26, 27. Αὼς ἀϊλίθοισα—] Brunckius Heinſium et Toupium ſequutus, verſum 27 verſui 26 præfixit. At in conſtituendis corrigendiſque duobus his verſibus recentiores interpretes valdè diſſentiunt. Reiſke pro καλὸν, quod eſt in omnibus libris, τὸν repoſuit.—Mihi quidem placet Koehleri emenda- tio: Πόντια νὺξ, ἅτε λευκὸν ἔαρ χρυσῷ ἀϊδίῳ Αὼς ἀϊλίλοισα καλὸν τοι ἴφαιν πρόσωπον, Ὧδε νῦ ἁ χρυσία, &c. *Quemadmodum, veneranda Nox, vere ineunte, oriens aurora pulchrum tibi oſtendit vultum: ſic et aurea Helena elucebat inter nos.* HARL.

29. Πάρεα μεγάλα—] Ordo eſt: ἅτε μεγάλα κυπάρισσος ἀνέδραμε κόσμος πάρεα ἀρούρᾳ ἢ κάπῳ· ἢ Θεσσαλὸς ἵππος [ἰσι κόσ- μῳ] ἄρματι· Ὧδε, &c.

32. Οὔτί τις ἐν ταλάρῳ, &c.] *Neque ulla in quaſillo conglo- merat talia opera,* [πανίσθηται, Dor. pro πανίζηται.] Οὔτε συμ- πλέξασα περὶ δι πυκνότερον ἄτριον ἰνὶ δαιδαλέᾳ ἰσῷ ἵπαμα ἐκ μακρῶν καλεόντων, *neque, quum texuit radio elegantius textum in exqui- ſito jugo, ſcindit de longis pedibus textoriis.* Καλεόντων eſt ex codd. pro vulgari καλεόντων.

39, 40. Ἁμὶς δ' ἐς δρόμον—]. Variæ proſtant conjecturæ legentium ἐς δρυμόν· ἐς δρόσον· ἐς ῥόδον· mihi placet ἐς δρόσον. VALCKEN. Forſan tamen vulgata lectio ἐς δρόμον ſervari et locus ita exponi poteſt: *Citò abibimus ad flores colligendos.* Ἴεμεν eſt *ire* —ἦρι denotat *manè, tempore matutino.* HARL. Ἐρψῦμες, Dor. pro ἔρχομεν· δερψούμεθα, pro δερχόμεθα.

244. 41. Πολλὰ τῦς, Ἐλίνα,] Sic erat ex codd. reſtituendum, pro vulgatis, Πολλὰ τιν, ὦ Ἐλίνα. VALCK. Vide ſuprà ad Idyll. xi, 25. p. 234.

43. —λῶτα χαμαὶ—] Vide Coll. Gr. Min. ad p. 78. n. 3.

47. —γεράψεται] Vulgò vocatur hoc tempus *paulo poſt fut.* Sed forſan nihil aliud eſt quam reduplicatio fut. 1. med. pro γεράψεται: et occurrit hoc temp. ſæpiſſimè in ſenſu paſſ. ut benè notum. [Vide ſuprà ad Eur. Med. ver. 630. p. 185.] "Απτόμαι, cuſtoditum in Ed. Flor. à Toupio af-"firmatum, omninò reſtituendum erat pro Αὑσομαι." VALCK. Verbum, Αὑσομαι, quod nemo vidit, eſt purum putum gloſſema, quod ex margine libri, ut fieri ſolet, in textum irrepſerat. —Heſych. Ἄπτεται, ἀναγινώσκει. Suidas, Ἀναπτόμενος, ἴσως τῷ ἀναγινώσκων, &c. TOUP.

56. Νυμφᾶα—] Dor. pro νύμφα. Cæteræ voces Doricæ, quæ hîc occurrunt, faciles ſunt.

56. —ἰκέτι κα πρᾶτος ἀοιδὸς, &c.] *Ubi primus gallus è cubili ſuo* [Angl. *his rooſt*] *inſonuerit*, &c.

58. Ἰμὰν, ὦ Ὑμέναιε,] tentari non debent.—*Hymen, o Hymenæe* in Catulli carmine lx ſæpè recurrunt. VALCK.

---

* ΚΗΡΙΟΚΛΕΠΤΗΣ.] *Favorum fur. Idyllium XIX.* Notiſſimum eſt, inter Anacreontica reperiri carmen ejuſdem argumenti. Carm. 40. An illud ſcripſerit Anacreon, an hoc Theocritus, æquè dubitari poteſt: Recenſetur à Stobæo tanquam Theocriti, cap. 63. WARTON. Ut Theocriteos, hos octo verſus Stobæus exhibet, qui tamen Bionis eſſe videntur. VALCKENAER. Vide Coll. Gr. Min. p. 86.

---

245. * ΒΟΥΚΟΛΙΣΚΟΣ.] *Bubulcus. Idyll. XX.* Paſtor quidam, qui inter ruricolas ſuos eximiè pulcher ſibi videbatur, in urbem venit. Ubi cum conſpicatus fuiſſet puellam urbanam, inuſitatâ formâ perculſus ad eam acceſſit, et ruſticè cum eâ ludere, eamque oſculari voluit. Illa verò hominis habitum ac mores ruſticos deteſtata, à ſe illum rejecit. Conqueritur ergo miſer in hoc Idyllio, de inſigni contumeliâ quâ affectus ſit, deque faſtu ac ſuperbiâ urbanæ puellæ. Atque in fine commemorat etiam Dearum exempla, quæ paſtorum amore arſerint. —*Anon.*

Ver. 5. Μὴ τύ γά μιν κίνεις—] Pro Μὴ τύ γε μιν κίνεις, emendavit Toupius: quia verbum κίνημι primam ſemper corripit. Vide Hom. Od. β, 15.

7. Ὦ

7. Ὡς τευφιερὸν λαλέεις,] Elegans mihi conjectura videtur Eldikii, legentis: Ὡς τευφιερὸν γελάεις.—hoc illi non veniſſet in mentem niſi legiſſet v. 6. ὑπνοῖα λαλεῖς, cui ſuppoſuit in ſuâ ed. Brunck ὑπνοῖα φιλεῖς. VALCK. Ironicè, ſicut illa Milonis Idyll. x, 38. WARTON.

9. Χάλεά τοι νοσέοντι,] *Labra tibi ſunt* velut *ægroto*. "Potius νοσέοντι pro νοσοῦσι ſumendum." T. YOUNG. —ἐοῖ non ſolum pro ἐσὶ, ſed etiam pro ἦσι.

12, 13. —συντρὶς ἄδον Χάλεσι μυχθίσδουσα,] Hæc, diſtinctione ſublatâ, ſic jungenda videbantur ad mentem Hemſterhuſii. In edd. legebatur μυθίζουσα· in illâ Wintertoni, μυθίσδουσα· μυχθίζουσα emendârunt T. Hemſt. Toupius et Reiſkius: ejus loco ſcripſi μυχθίσδουσα. VALCKENAER. *adducto naſo*, vel etiam, *excuſſo per nares ſpiritu irridens, muſſitans ſurdo murmure*. HARLES. —τρὶς ὡς ἂν ἔπλυες πόλιον, ut facere ſolebant ſuperſtitioſi μαινόμενον τι ἰδόντες ἢ ἐπίληπτον, teſte Theophr. Char. 16.

14. —καί τι σεσαρὸς Καὶ σοβαρόν μ' ἐγέλαξεν,] *et quodammodo faſtidioſè ac ſuperbè me irriſit*. σεσαρὸς, Dor. pro σεσηρὸς eſt perf. part. med. à σαίρω, *verro, orno*.—à quibuſdam redditur *aperto ore hiare*.

23. —σύριγγι] Vide ſuprà ad Idyll. iii, 23. p. 227.

28. —σύριγγι] Vide ſuprà ad Idyll. viii, 18. αὐλὸς, *tibia*: 246
δόναξ, *arundo*: πλαγίαυλος, "*fiſtula obliqua*, tibiæ genus, quæ "fiebat ex loto, et Apollinis inventum, teſte Bione, iii, 7." HARLES. Fabricabantur tibiæ, ſecundum Pollucem, ex arundine, ære, loto, buxo, cornu, oſſe cervi, lauro. Veriſimile eſt diverſæ magnitudinis ac formæ fuiſſe eas quæ è ligno, quæque ex arundine fiebant: hinc opponuntur αὐλὸς et δόναξ· πλαγίαυλος collum ad latus flexum habebat, cujuſmodi ſubindè in monumentis cernere licet: foramina erant in initio quatuor, poſtea plura; horum ſitus diverſus diverſitatem inſtrumenti atque nominis efficere poterat. Erant autem γλῶσσαι, ſeu *lingulæ*, arundinaceæ, longitudinis manûs latæ, fiſſurâ ſæpius inſtructæ, ſecundum Theophraſti deſcriptionem, quam Plinius peſſimè corrupit: uſu facilè exolebant; quamobrem accuratè in γλωττοκομείῳ ſervabantur. Hinc, et aliundè, ſatis patet tibias, ſaltem vulgares, neutri hodierno *flauto* ſimiles fuiſſe; propius autem ad ea inſtrumenta acceſſiſſe, quæ *hoboë* et *clarinetto* appellantur; quod celeberrimum Burneium latuiſſe videtur. Longitudo earum et infra pedalem et ſupra bipedalem fuiſſe videtur, itaque intervallorum ſeriem ſatis amplam præbere poterat. T. YOUNG.

31. —ἀ δ' ἀσυκὰ ἐκ ἐφίλασεν,] Dubitant critici, ſitne ſingularis an pluralis τὰ δ' ἀσυκὰ, ut ſubaudiatur πέρασια, &c. Steph. vult χέλια. WARTON.

246. 39. *Λάτμιον ἀνάπτες*] Conjunxit Hemſterhuſius malè diſtracta in edd. *ἂν νάπῳ*. [*ἀνάπτῳ*, i. e. *ἀνὰ νάπῳ*.] —*ἐς ἴσα*— Placet mihi quidem Heinſii correctio legentis, *ἐς ἄμα παῖδι πάθινδε*. VALCK.

40. —*τὸν βουκόλον*] Bubulcus hîc memoratus fuit *Atys*, de quo ſuperſtitio diverſas ſparſit fabulas. HARLES.

41. —*ἐπλάσ[χθης;*] Vide ſuprà ad Od. *α*, 2. *ἔρις*, pro vulgari *αὐτὸς*, eſt lect. Vaticani codicis.—tanquam *ales*.

44. *Μηκέτι μηδὲ σὺ*, &c.] In his verſibus alluſio eſt ad Veneris et Adonidis amores, et *μήτι κατ' ἄρυ* intelligendum de Adonidis feſto. *Non itaque Venus, dulcem tuum Amaſium oſculére ampliùs, nec in urbe, nec in montibus, ſolaque dormias, ſiquidem indecorus eſt bubulci amor*. Hac ironiâ faſtidioſam urbanam puellam dimittit. BRUNCK.

---

* ΗΡΑΚΛΙΣΚΟΣ.] HERCULISCUS. *Idyll. XXIV*. Hoc Idyllium totum eſt *διηγηματικόν*. Primùm enim commemorat, quomodo Hercules puer, decem tantùm natus menſes, duos immani magnitudine dracones, nocturno tempore, ut ipſum interficerent, immiſſos à Junone, manibus eliſerit ac laceraverit. Deinde vaticinium Tireſiæ refertur. Sequitur poſtea pulchra diſtributio, quibus præceptoribus Hercules, quaque in arte uſus fuerit. Ait, Linum illi præceptorem in literarum ac doctrinæ ſtudiis fuiſſe: ab Eumolpo verò muſicam ipſum didiciſſe: ab aliis porro belli artes, et rei militaris ſcientiam. Pars ultima, quâ vitæ ac victûs ratio exponitur, intercidit. Mancum itaque ſeu mutilum hoc Idyllion, fine præciſo, habemus: ſicut et ſequenti Idyllio caput ſeu initium deeſt. Est verò imprimis illuſtris ac venuſta in principio hujus Idyllii imago, quum Alcmena pueros Herculem atque Iphiclum, in ſcuto æreo, quod hoſti occiſo maritus ademerat, ponit, ſcutumque ceu cunas movet: et precationem addit, ut pueri feliciter dormiant. Dulcis hic eſt ſcuti uſus, et jucundus poſt res bello geſtas finis, pacata educatio ſobolis. *Anon.*

Ver. 1. —*Μιδιᾶτις*] Midea ſeu Perſepolis urbs erat è cujus ruinis poſtea crevit Argos. Vide Stephanum Byzantinum et Pauſaniam. T. YOUNG.

7. *Εὔδειτ' ἰμὰ βρέφεα*—] Votum matris ſuaviſſimum numeroſis valdè mellitiſque verſiculis exprimitur. Eadem ferè næniolæ formulâ Danaë utitur in eximio fragmento Simonidis apud Dionyſ. Hal. edit. Upton. p. 261. WARTON. Vide infrà p. 259.

247. 11. —*ἄρτιος*] Vide Coll. Gr. Min. ad p. 76. n. 11. *Ἄμος θ'*, i. e. *ἡμῶν—τῆμος, quando—tunc*.

17. —*ἔπ-*

17. —ἐξαλυσθίσῃς] Ex edit. Flor. Reiſke et Brunck è Roman. prætulerunt ἐξαλυσθίσῃ.

32. Αψ ὃ πάλιν διάλυσε,] *Mox verò rursùs* ſpiras *ſolverunt, ἐπεὶ μογίοιν ἀκάνθας, cum defatigati eſſent ſpinas* dorſi.

35. Ανσαι'—Ανσα,] Dor. pro comm. ἀνάστηθι, *ſurge.*

38. Οὔ τοίνυν—] Conf. Odyſſ. τ, 37. νυκτὸς ἀμῳ, *nocte intempeſtâ*— Vide ſuprà ad Idyll. xi, 40.

42. Δαιδάλεον δ' ὤρεμνον μετὰ ξίφος,] Angl. *He immediately went in queſt of his exquiſitely made ſword,*— [Vide ſuprà ad Apoll. Rhod. v. 4. p. 81.] ὄφρ' οἱ i. e. ὁ μὲν αὐτῷ. Pro ὄφρ' οἱ ſcribi mavult Br. ὁ ῥ' οἱ. VALCK. Vide ſuprà ad p. 241. v. 125.

44. Ητοι ὅγ' ἀρισσάτο—] *Profectò hic exporrectâ manu pate-* 248.
bat recens contextum lorum. ἀρισσάω, ab ἀρίγω, *porrigo.*

45. —μεγα λώτινον ἔργον.] *magnum è loto opus.* Λωτὸς, undè λώτινος, eſt *Celtis* Plin. *Celtis auſtralis* Linn. Angl. *European Lote or Nettle-tree.* Lignum ejus firmum eſt, compactum, et durabile. Tibias ex eo conficere ſolebant; atque ex ejus radice gladiorum et cultrorum capulos, &c. RUTHERFORD.

49. —ἀνακόψαν' ὀχῆας·] Vide Anacreont. Carm. iii, v. 7.

56. Ἑρπετὰ δεικανάασκεν,] *Serpentes oſtendebat,* vel *porrigebat.* [δεικανάασκε, more Ion. pro ἐδεικάνα, 3. ſing. imperf. ind. verbi δεικανάω, idem quod δεικνύμι, *oſtendo.*] "Præclara ima-"go," inquit Wartonus, "Herculis infantuli, belluas illas "mortuas patri blandè porrigentis, et cum riſu puerili pro-"jicientis ad ejus pedes. Quæ quidem et terrorem, et leni-"ores illos affectus, unà excitat."

65. —χρίας κατίλλεξ—] Τίρας, quod eſt in cod. Vat. recepit Brunckius: mihi χρίῳ genuinum videtur, et adſcriptum inſtar Scholii τίρας. VALCK.

68. —ᾧ ὡς ἂν ἴσιν—] Ordo eſt: καὶ Μάντι Εὐηρείδᾳ, διδάσκω σε μάλα φρονίοντα ὡς ἂν ἴσιν ἀνθρώπους ἀλύξαι ὅ,τι μοῖρα κατιπτύσῃ [διὰ] κλωστῆρος, *atque, Vates Eueride, ego doceo te admodùm ſapientem,* [i. e. tametſi admodùm ſis ſapiens] *non licere hominibus evitare id quod Parca urget per filum* ſuum. "Apud Theocritum" [verba ſunt Dammii, Lex. voce Τειρεσίας] "Id. 24. 70. dicitur Tireſias, μάντις Εὐηρείδης, quaſi "pater ejus fuerit ὁ Εὐηρεὺς ὁ Εὐήρης, ους."

73. Ναὶ γὰρ ἐμὸν γλυκὺ φέγγος,] *Per meum dulce lumen,* &c. Tireſias, vates Thebanus, quod Pallada in lavacro ſe lavantem adſpexit, oculis privatus eſt. v. Callim. H. in Lav. Pall. 91, ſqq.—Aliam tamen cæcitatis rationem attulit Ovid. iii. Met. 323. adde Hygin. fab. 75.—De jurejurando per oculos conf. Idyll. xi, 53. HARLES.

74. Πολλαὶ Αχαιϊάδες—] *Multæ Achaiades molle ſtamen circa genua manu verſabunt,*— Sermo hic videtur eſſe de nendo colu et fuſo. Appoſitè Ovid. *Teretem verſabat pollice fuſum.*

II. NOTÆ IN BIONEM.

251. * E BIONE.] Bionis præcipuum Idyllium eſt *Epitaphium Adonidis*; è quo excerptum dedimus in Coll. Gr. Min. quod vide; etiam Idyll. ii. et vi. unà cum Notitiâ brevi de Bione, &c.

† Εἰδύλλιον γ'.] *Idyll. III.* In hoc Idyllio vis Amoris lepidiſſimâ fabulâ pulchrè deſcribitur.

3. Εἰς χθόνα νυσσάζουσα·] *In terram caput demittentem*, quod de iis dicitur qui pudore vel mœſtitiâ afficiuntur. νυσσάζω, eſt *nuto*, item *caput demitto*. Vide Iliad. ε, 153.

7. —πλαγίαυλον] *tibiam obliquam*, —αὐλὸν, *tibiam rectam*, —χέλυν, *teſtudinem*, —κίθαριν, *citharam*. Vide ſuprà ad p. 246. v. 28.

13. —ἐδιδάχθην] *doctus ſum, didici*. Cæterùm voces Doricæ quæ hic occurrunt nequent difficiles eſſe diſcipulis, qui non ſunt omninò tirones.

252. * Εἰδύλλιον δ'.] *Idyll. IV.* Muſæ favent amatoribus.

7. —ὅτι μῦθος οὗτος ἔπλετο πᾶσιν ἀληθής] *quod hoc verbum verum ſit omnibus*, i. e. *hoc verbum verum eſſe omnibus*. De ἔπλετο vide ſuprà ad Od. α, 225. p. 10.

9. Βαμβαίνει μευ γλῶσσα,] Angl. *my tongue falters*. "βαμβαίνω, eſt," inquit Dammius, "verbum fictum ex ſono "eorum qui loqui conantur cum valdè algent et cum tre- "more maxillarum loquuntur. *Conor loqui ſed impedior* "*tremore*." [Vide Il. κ, 375.] Vulgaris lectio eſt Καμβαίνει, quam vitioſam cenſet celeberrimus Valckenarius. Pro φῶδε, in verſu ultimo, idem vir præſtantiſſimus prætuliſſet αὖδε, quod dat edit. Urſini, ſi Codices exhibuiſſent.

† ιϛ'.] Hos verſus, inter Moſchi carminum reliquias abſque ullâ auctoritate vulgatos, ut Bionis exhibet Stobæus *Geſn.* p. 338. *Grotii* p. 246. VALCK. Continent hymnum ad Heſperum.

1. Ἔσπερε,] Infima eſt quinque errantium, terræque proxima, ſtella Veneris, quæ φωσφόρος, Latinè Lucifer dicitur, quum antegreditur ſolem: quum ſubſequitur autem, Heſperus. CICERO, de Nat. Deor. lib. ii. c. 20. Cf. Il. χ, 317. Οἷος δ' ἀστὴρ εἶσι, &c. et Æn. viii, 590. χρύσεον φάος τῆς ἱερῆς Ἀφροδίτης, *aureum lumen blandæ Veneris*,—Ἀφροδίτη, lem quæ Ἀφροδίτη, utraque ſcil. ab ἀφρὸς, *ſpuma*; ſed hæc de neris genere abſurda fabula temporibus Homeri ignota.

ἱερὴ

ἱερὸν ἄγαλμα νυκτ. v. *ſacrum decus cæruleæ noctis.* —περὶ πεσμένα κῶμον ἄγοντι, Vide ſuprà, ad Theocr. Idyll. xviii. 26. p. 243.

6. —ὡς ἐπὶ φόρῳ ἔρχομαι,] *non ad furandum eo.* Imitatus eſt anonymus Anglus, quem et Græcè et Latinè expreſſit vir ſummi ingenii Gulielmus Jones; [Append. ad Poëſ. Aſiat. Comm. pp. 509. 530.] qui quæ Græcè compoſuit ea nec elegantiâ carent neq; ubique erroribus libera ſunt. Cf. Philodemi, epigr. vii. in Br. Anal. tom. ii. p. 84. T. YOUNG.

8. —καλὸν δέ τ' ἐρασσαμένῳ συνερᾶσθαι.] *pulchrum autem eſt amatori mutuum amorem ſentire,—viciſſim experiri amorem.* Vide Vol. I. ad p. 67. n. 2.

‡ ιζ'.] Ad Venerem querimonia.

1. Ἄμπερι Κυπρογένεια] Inſula Cyprus, ut benè notum, Veneri ſacra erat. Undè hæcce dea vocabatur ἡ Κύπρις, Κυπρία, et hîc Κυπρογένεια. Venus autem repræſentatur nunc ut filia Jovis et Diones; nunc quaſi ex æquoreâ ſpumâ generata; hîc autem à Bione tanquam filia Jovis et Maris. Vide Gic. de Nat. Deor. iii, 23. ἄμπερι, Dor. pro ἄμπεσι.

3. Τυτθὸν ἴφαν,] *ſummiſſâ voce dixi,*— domitus ſcil. ab amore. τυτθὸς, propriè eſt *infans lactens*, à τιτθὸς, *mamma*: inde *parvus*, &c. Conf. Iliad. ω, 170; ubi τυτθὸν φθεγξαμένη, eſt *ſummiſſâ voce loquens.* —ἦ τί νυ αὐτὰ, &c. *et quid tandem ipſâ adeò* infenſa es *ut Amorem tantum malum omnibus peperereris?*—Pro vulgato τίπτε Scaliger poſuit τί νυ αὐτὰ.

III. NOTÆ IN MOSCHUM.

* EMoscho.] *Amorem fugitivum*, atque partem aliquam *Epitaphii Bionis*, jam dedimus in Coll. Gr. Min. quæ præſtantiſſimus Valckenarius pronuntiavit *pervenuſta* poëmata. Viſum eſt hîc adjungere quædam ex Moſchi minoribus Idylliis. 253.

* Εἰδύλλιον ά.] *Idyll. V.* Terra mari præfertur.

1. —ἄνεμος ἀτρέμα βάλλῃ,] —*ventus leniter ferit*, ἠθίζομαι κατὰ, &c. —ποτάγει [i. e. προσάγει] πολὺ πλέον ἅμμι [Æol. pro ἡμᾶς, quod hîc pro ἐμὲ] γαλάνη, *attrahit me multò magis tranquillitas.* H. Steph. in ſuis Stobæi exemplaribus invenit, ποθέει ἢ πολὺ πλέονα μεγάλαν ἄλαν. Undè Valckenarius: " Προσάγειν, quo ſenſu hîc eſſet capiendum, Græcè non ad- " hibetur: mihi ποθέει genuinum, et ſic iſta ſcripſiſſe videtur " Poëta: Τὰν φρένα τὰν δειλὰν ἠθίζομαι, (ἐδ' ἔτι μοι γᾶ ἔᾶν φίλα,)

" φίλα,) πολὺ δὲ πολὺ πλέον ἄδε γαλάων· *deſiderat verò illa* " (nempè ἀ φρὴν ἀ δηλὰ) *multò magis mitem undarum tran-* " *quillitatem.* " προσάγω tamen eſt *adduco*; et προσάγω hic non malè reddi poſſit, *adducit, attrahit.*---Hæc autem ita pulchrè interpretatus eſt numeris Latinis celeberrimus Hugo Grotius:

Cum placido pelagus mulcet levis aura ſuſurro,
Pectus avet tentare vagum mare: nec mihi dulcis
Terra, ſed in mites votis feror omnibus undas.

5. Κυρτὸν ἐπαφρίζῃ,] *agitatum ſpumat,*—κυρτὸς, *curvus, gibbus, convexus*; Homerus habet κύματα κυρτὰ— Iliad. ν, 799. conf. δ, 442, ſqq. item Virg. Geor. iii, 237, μαιόμαι, *furo*; undè perf. med. μεμάα, in ſubj. μεμάω, &c.

7. —τάχα δάσκιος ὕλαδε ὕλη,] *ſtatim placet opaca ſylva,*—de ὕλαδε vide ſuprà ad Apoll. Rhod. iii, 1085. p. 106.

8. —ἀ πίτυς ἅδε.] Vide Theocr. Idyll. i. init. p. 215.

254. * Εἰδύλλιον ϛ'.] *Idyll. VI.* Procax amor.

1. Ἤρα Πὰν Ἀχῶ; τᾶς γήτονος,] *Pan amabat Echo vicinam,* —ἐράω, cum genitivo. Ἀχῶς Dor. pro Ἠχῶς, &c.—Σατύρῳ Σατύρῳ, Dor. pro Σατύρῃ Σατύρῳ. Angl. *a friſking ſatyr.*

4. —ἔρως δ' ἀμοιβαδὶς ἀμοιβάν·] *amor autem flagrabat viciſſim,* i. e. ordine, non reciprocatione.

6. —πάσχε δ' ἄποινα.] In Cod. Leid. legitur πάσχε δ' ἃ ποιῶν·— Dat quidem illud ſenſum commodum, ſed eundem præbet elegantior lectio vulgata: πάσχε δ' ἄποινα, *juſtam pœnam patiebatur.* ἄποινα æquè ac ἀμοιβὰν vox eſt μίσθ. VALCK.

† Εἰδύλλιον ζ'.] *Idyll. VII.* Cupidinis potentia.

1. Ἀλφειὸς,] Nota eſt fabula de Arethuſâ fonte Siciliæ, ejuſque cum Alpheo flumine Elidis, intercurſu. Vide Æn. iii, 694. *Alpheum fama eſt*, &c. et Ecl. x, 1. annotante ſummo Heynio. conf. Ovid. Met. v. 8, 10. μετὰ Πίσαν ἐκεῖ ποτὰ πόλιν ἰδοῦσ, *relictâ Piſâ, quum per mare præfectus eſſet,*—ἄγων ποτιφόρον ὕδως, *ducens oleaſtrum ferentem aquam,*—κόνιν ἱερὰν, *pulverem ſacrum*, ad *pulverem* nempè *Olympium* alludit.

5. —κύ μίσγονται, &c.] Conf. Il. β', 753.

7. Κῶρος δεινότατος,] *Puer* illè *maleficus*, &c.

8. —κολυμβᾷς·] Mavult Heſkinus κολυμβᾷς, utpote Δωριάσαντος· malo quidem augurio: nam κολυμβᾷς non omninò Doricum.

*** Perductis jam ad finem hiſce notulis in Poëtas Bucolicos, rem non ingratam ingenuæ Juventuti facturos exiſtimavimus, ſi Meleagri Gadareni venuſtiſſimum *Idyllium in Ver* hîc apponeremus, deſumtum è Brunckii Analectis Vet. Poët. Græc. tom. *i*. p. 31.

E.

Εἰς τὸ Εαρ. Εἰδύλλιον.

Χείματος ἠπειρῶθ' ἁπαλοῖς ἐχομένοις,
Πορφυρέῃ μείδησι φερεσβίος ἄρεος ὥρῃ,
Γαῖα· τὰ κυανέῃ χλοερὴν ἐστέψατο ποίῃ,
Καὶ φυτὰ θηλήσαντα νέοις ἐκόμησε πετήλοις.
Οἱ δ' ἀπαλὴν πίσυνοι μαξιφύτῳ δρόσῳ Ἥβῃ
Λειμῶνες γελόωσιν, ἀνοιγομένοις ῥόδοις.
Καίρει κὴ σύριγγι νομεὺς ἐν ὄρεσσι λιγαίνων,
Καὶ πολιοῖς ἰρῆσι ἐπιτέρπεται αἰπόλος αἰγῶν.
Ἤδη τὰ πλώουσιν ἐπ' ἰυρὰ πύματα ναῦται
Πνοιῇ ἀπημαύρῳ Ζεφύρου λίνα κολπώσαντες.
Ἤδη δ' ἰσάζουσι φερεσταφύλῳ Διονύσῳ
Ἀνθεῦσι βοτρυόεντος ἐρεψάμενοι τρίχα κισσῷ.
Ἔργα τὰ τιχνήεντα βοηγετέουσι μελίσσαις
Καλὰ μέλη, κὴ σίμβλῳ ἐφήμενοι ἐργάζονται
Λευκὰ πολυτρήτοιο πεφύρτα κάλυκα κηρῷ.
Πάντη δ' ἐρετίων γενὴ λιγύφωνον ἀείδει·
Ἀλκυόνες περὶ κῦμα, χιλιάδες ἀμφὶ μέλαθρα.
Κύπρῳ ἐπ' ὄχθαισιν ποταμῷ, κὴ ὑπ' ἄλσος ἀηδών.
Εἰ τὰ φυτῶν χαίρουσι κάρπαι, κὴ γαῖα τέθηλε,
Συρίζει δὲ νομεύς, κὴ τέρπεται εὔκομα μῆλα,
Καὶ ναῦται πλώουσι, Διώνυσῳ δὲ χορεύει,
Καὶ μέλπει πετεηνὰ, κὴ ᾠδίνουσι μέλισσαι,
Πῶς ὐ χρὴ κὴ ἀοιδὸν ἐν ἅπασι καλὸν ἀεῖσαι;

NOTÆ IN MELEAGRI IDYLLIUM.

Ver. 1. Πορφυρέῃ—] *Cum se purpureo vere remittit humus.* Tibull. iii, 5. 4. Conf. Oppian. Hal. L. i, 458. JACOBS.

4. —ἐκόμησε—] à κομάω; est lectio Huetii, quam confirmavit Cod. Planud. regius, ubi ἐκόμασε exhibetur. Vulgò ἐκόμισε. Vide Hor. Carm. i, 7. 1.

10. Πνοιῇ ἀπημαύρῳ] *aurâ leni*— Nam ἀπημαύρῳ, quod vulgò redditur *illæsus*, *incolumis*; significat etiam, ut hîc, *innoxius*, indè *mitis*, *lenis*. Angl. *gentle*.

11. Ἤδη δ' ἰσάζουσι—] Ordo est: ἤδη δ' ἐρεψάμενοι [βακχεύοντες scil.] τρίχα ἄνθεῦσι βοτρυόεντος κισσῷ, ἰσάζουσι φερεσταφύλῳ Διονύσῳ· *et jam* Bacchantes *tecti crines flore bacciferæ hederæ*, *clamant uvifero Baccho.* ἔργα τὰ καλὰ τιχνήεντα μέλη βοηγετέουσι μελίσσαις. [De voce βυγενὴς, vel βοηγενὴς, ita Hesychius: ἡ μέλισσα βυγενὴς, ὅτι βοείων ὀστῶν γενναῖται.] —κὴ σίμβλῳ ἐφήμενοι, *et alveari insidentes*, ἐργάζονται λευκὰ πεφύρτα κάλυκα πολυτρήτοιο

καρῦ· elaborant puras recenter-fluentes pulchritudines multas-cellas-habentis ceræ, i. e. *ceram fabricant puram, pulchram, recenter fluentem, et multas cellas habentem.* Conf. GEORG. Lib. iv, 149, ſqq.

19. Εἰ δὲ φυτῶν—] *Quod ſi ramorum comæ gaudent*, i. e. *ſi frondent lætæ ſylvæ, καὶ γαῖα θάλλει, et floret terra*, &c. —*καὶ μέλισσαι ἄδινοι, et exercentur apes*, &c. Appoſitè Virg. Ecl. iii, 56. —*nunc omnis ager*, &c.

*** Egregiè laudatur et citatur hoc Idyllium à celeberrimo Gul. Jones, Poëſ. Aſiat. Comm. p. 411. " Tanquam " venerandæ antiquitatis pretioſiſſimum monimentum, à ſe " recens detectum, eruditorum admiratione venditavit Jo. " Baptiſta Zenobetti, ſub titulo: *Ver Idyllium Meleagri è " Cod. Vat. Mſc. editum et illuſtratum.* Romæ 1759. 4. " Errorem editoris detexit Vir. D. in *Journal de Trevoux* " 1760. *Mars.* p. 763. Idem carmen ſeparatim exhibuit, " prolixo commentario inſtructum, *Meinecke* Goettingæ " 1788. 8. Habet hoc Idyllium, quo ſe commendet; vix " tamen dignum iis laudibus, quibus nonnulli id cumulave- " runt." JACOBS.

NOTÆ

NOTÆ PHILOLOGICÆ

AD

EXCERPTA LYRICA.

I. Notæ in Odas.

* ODÆ.] Carmen omne cantioni deſtinatum, ſive aſſâ voce ſive fidibus conjunctis canendum, Græci ᾠδὴν appellant.—Eſt Ode poëmatis ſpecies omnium maximè ſuavis, venuſta, elegans, varia, ſublimis; quorum ſingula ferè in ordine, ſenſibus, imaginibus, dictione, numeris, cernuntur. In rerum ordine ac diſpoſitione poſita eſt prima ac maxima quidem Odæ venuſtas; quæ cum facillimè ſentitur, difficillimè tamen explicatur: hoc enim habet vel præcipuum, quod viâ et præceptis certâque partium deſcriptione minimè continetur. Eſt enim læta, ſoluta, libera; in elatiore argumento exultans, audax, et nonnunquam penè effrænis: ſed et hîc etiam, ſempérque alias, niſi per totum regnet quædam facilitas, quæ negligentiæ cujuſdam minimè affectatæ ſpeciem habet, naturam non artem præ ſe ferens; quæque cernitur maximè in exordio obvio, nec nimis exquiſito, et in ipſam plerumque rem protinus incurrente; in ſerie rerum per jucundam varietatem ſubtiliter et artificiosè, ſed quaſi ſponte, deducta; in clauſulâ fine ullo acumine leni quodam lapſu in loco forſan minimè expectato, et nonnunquam veluti fortuito cadente: niſi ſit totius habitus quidam ſuus et forma peculiaris, in rebus ipſis, in ordine et dictione, non in metri genere poſita, quæ hanc præcipuè atque unicè deceat; fiet quidem poëma cætera forſan probabile, minimè autem erit elegans Ode. Lowth; de Sacrâ Poëſ. Heb. Præl. xxv. 257.

† ΕΚ ΤΩΝ ΣΑΠΦΟΥΣ—] *E carminibus Sapphûs quædam reliquiæ.* ["Vellem profectò non intercidiſſent tot et "tam divina Sapphûs carmina. Quæ ſuperſunt (ut ipſius "poëtriæ utar verbis) ſunt *auro ipſo magis aurea.* [Χρυσᾶ "χρυσότερα. Sapph. apud Demetr. Phal.] Et notabile eſt "Demetrium, Hermogenem, Dionyſium Halicarnaſſeum, et "reliquos artis oratoriæ magiſtros, illam perpetuò citare, "cùm de *venuſto* genere dicendi loquantur." Gul. Jones, Poëſ. Aſiat. Comm. p. 258.] Sappho, celeberrima poëtria Lyrica,

257. Lyrica, nata erat Mitylenis, quæ urbs fuit in Leſbo inſuiâ clariſſimâ, ab Æolibus habitatâ, non longè ab Helleſponto. Quo anno in lucem edita fuerit incertum eſt. Alcæi fuit æqualis; et veriſimillimum eſt natalem ejus incidiſſe circiter Olymp. XXXVI, vel XXXVII. A. M. 3368, vel 3372. ante Chr. N. 636, vel 632. [Vide Wolfii Sapphûs Vitam, p. iv.] Nomen patris Scamandronymum, matris Clidem ſeu Cloidem fuiſſe dicitur. Inventrix erat ejus generis carminis quod Sapphicum vocatur; et tanti æſtimata erat poëſis ejus à Veteribus, ut *Muſa decima* diceretur. Sed nimis erat amatrix, et voluptatibus dedita. Quæ tamen de nefandis ejus amoribus memoriæ prodita ſunt, iſta quidem nullis argumentis validis niti videntur. Sed utrum vera ſint vel omninò ficta et falſa, non eſt hujus loci diſquirere. Satis ſit de eo, quod vix negari poteſt, inſano ſcilicet, quo capta erat, Phaonis amore, mentionem facere. Fuit is Leſbius quidam juvenis admodum formoſus. Eum Sappho deperibat. Sed adeò ei, quæ neque inter pulchras neque inter deformes ſui ſexûs numerari poſſet, non amore mutuo ille reſpondebat, ut, ejus vitandæ cauſa, in Siciliam ſe contulerit. Illùc eum ſequuta eſt infelix Sappho; cujus rei memoriam aſſervavit marmor illud vetus Parium, quod hodiè extat Oxonii, inter marmora Arundeliana. [Vide Prideaux Marmora Oxonienſ. p. 166. et *Hewlett's Vindication of the Parian Chronicle*, &c.] Ibi omnia, ſed fruſtra, tentabat ut Phaonem ſuum ad ſe pelliceret. Eſt prope ſinum Ambracium in Epiro mons, ſeu promontorium, Leucates nomine, ubi Apollo Leucadius religioſiſſimè colebatur. Inde deſperabundi amatores deſilire ſolebant, ſe hoc modo remedium amoris inventuros credentes. Hunc *Saltum amantium* experiri volens miſera Sappho, è Leucate in mare ſe præcipitem dedit; atque unâ eademque operâ finem vitæ et amoris invenit. In illâ Ovidii epiſtolâ celeberrimâ, quæ inſcribitur *Sappho Phaoni*, nonnulli docti homines putârunt poëtam Romanum imitatum eſſe quoddam lepidiſſimum Sapphûs ipſius carmen, nunc deperditum, quo Phaonem fugientem proſequuta eſt. Credit doctiſſima Dacieria *Odem ad Venerem* ſcriptam eſſe poſtquam Phaon in Siciliam profectus eſſet. Ex Sapphûs carminibus nihil nunc reſtat niſi hæc Ode, quam nobis ſervavit Dionyſius Halicarnaſſenſis; et carmen illud alterum, quod videre eſt, ſed imperfectum, in Longini de Sublimitate commentario, § x. cum quibuſdam aliis fragmentis, hinc indè à doctis viris collectis, atque ſæpiſſimè editis. Ampliorem de Sappho notitiam cupientibus dabit vel indicabit Fabr. Bib. Gr. Vol. ii. p. 137. edit. Harleſ. 1791. Iidem videant Hor. L. ii. Od. 13, 24, ſqq. L. iv. Od. 9, 10, ſqq. et quæ ibi annotavit doctiſſimus Jani.

EDITIONES

EDITIONES SAPPHÛS. 257.

Extat Ασμα εἰς Αφροδίτην in omnibus editt. Dion. Halicarn. in istâ Reiskii, Vol. v. p. 173, sqq. et Πρὸς γυναῖκα ἐρωμένην, Long. de Subl. § x. Utrumque, ex emend. Is. Vossii, extat in suâ Catulli edit. p. 173, sqq. Cum cæteris quoque fragmentis inter *Carmina novem illustrium Feminarum*, edit. Fulvii Ursini, *Antv.* 1568. 8vo. Adjecta sunt in multis Anacreon. editt. Extant etiam in Maittaire Dialectis Ling. Gr. et in Brunckii Analect. Vett. Poët. Gr. T. i. p. 54, sqq. Plenissima autem est edit. Wolfiana, sub hoc titulo:—

Sapphûs, Poëtriæ Lesbiæ, Fragmenta et Elogia, cum virorum doctorum notis integris, curâ et studio Jo. Christiani Wolfii, in Gymnasio Hamburgensi Professoris publici. Qui Vitam Sapphûs et Indices adjecit. *Hamburgi*, 1733. *in* 4to.

*** Nos sequuti sumus edit. secundam Brunckii, quæ prodiit minori formâ, cum Anacr. Carm. *Argent.* 1786.

Ver. 1. Ποικιλόθρον',] i. e. ἰχοῦσα ποικίλους θρόνους, *habens varios thronos*; epitheton scil. Veneris, ob imperium quod ubique gentium exercet. Sunt tamen qui interpretantur ποικιλόθρονον, *floridam et variâ veste utentem*; nam θρόνα, secundum Hesychium est ἄνθη καὶ τὰ ἐκ χρωμάτων ποικίλματα· et Venus, inquit Harlesius, ipsa est Natura, præsertim veris, quo flores vestiunt agros et omnia revirescunt.

5. τυΐδε] *huc*. Æolica sunt τνὶ et τυΐδε. Hesych: τνὶ, ὧδε. Κρῆτες. Idem: κατιρῶτα, κὴ ἄλλοτι, Æolicum est pro κὴ ἱτίρωτι. Vide Hesych. edit. Alberti, vocibus τνὶ et κατιρῶτα.

6. Τᾶς ἐμᾶς αὐδᾶς, &c.] Hæc Æolica sunt. Ordo est:— ἄϊουσα τᾶς ἐμᾶς αὐδᾶς ἴκλυες πόλυ, λιπῶσα ϝὸ χρύσιον δόμον πατρὸς ὑποζεύξασα ἄρμα ἦλθες, κάλοι ϝε ὠκεῖς στροῦθοι δινῦλις [pro δινήεις] πύκνα πτέρα ἦγον σε ἀπ' ἰρανῦ πτρὶ μιλαίνης γᾶς, ἀλλ' ἐξίκοντο αἶψα διὰ μέσω αἰθέρος· " Passim," inquit Is. Vossius, " γαῖα " μέλαινα, estque perpetuum epitheton."

11. —ἰρανῦ, αἰθέρος·] Sic scribi debuit. ω αι in unam syllabam coalescunt, ut infrà η ψ, quod solenne est. BRUNCK.

14. —ἀθάνατε προσώπῳ,] Æol. Gen. et subauditur διὰ. 258.
Sin ι subscribitur, ut in multis exemplaribus est, σῦν subintelligi potest.

15. Ηρε',] pro ἤρεο, et hoc Ion. pro ἤρου, *interrogabas*. HARLES. Ordo est: Ηρεο ὅττι γ' ἦν τὸ [i. e. ὁ] πάσχοθα, κὴ [δι'] ὅττι δὴ κάλημι σε, κὴ ὅττι μάλιστα ἰδίλω γινέσθαι [περὶ] ἐμεῦ μαινόλα θύμῳ, *Interrogabas quidnam tandem esset quod passa fuerim, et quare invocarem te, et quidnam præcipuè vellem fieri de furenti meo animo*, [Eustath. ad Hom. Il. α. 125.

Τοῦ

258. Τοῦ δὲ καλήμενα ποητικῶ ῥήματος τὸ θέμα ἢ καλαίνω ἐστὶν, ἢ κάλημι. Obſervandæ autem voces Æolicæ, ὅττι, pro ὅτι, quod pro ὅτι, et ἰμᾶ μαινόλα θύμω, pro ἰμᾶι μαινόλᾳ θύμῳ.] τίνα δ' αὖτι σαγήνοσαν φιλότατα πέθημι· *quem autem irretientem amorem allicere coner.* Senſus hic admodùm eſt obſcurus, et vera lectio omninò incerta. πέθημι, videtur eſſe Æol. pro πέθω, uti ſuprà κάλημι pro καλέω· σαγήνοσαν pro σαγηνεύσαν, à σαγηνεύω, *irretio:* eſt enim à σαγήνη, *ſagena, verriculum.* Amor autem dicitur metaphoricè *irretire homines.* φιλότατα, Æol. pro φιλότητα. Varii interpretes hunc locum tantârunt, ſed omnes, ut mihi videtur, infeliciter. Vide Wolfii edit.

20. —νῆριζε;] Vulgata lectio eſt, ἀδικῆ; quæ ideo reſpuenda meritò videtur Brunckio quod penultima, quæ brevis eſt, hîc neceſſariò producenda ſit. Verùm νῆριζε, quam ille putat certiſſimam emendationem, nimis audax videtur. "Hic," inquit Portus, "τὸ ἀδικῆ ſyllabam δι, propter an-"cipitem τῆ ι naturam, habet productam." Vocalis ancipitis naturam non intellexit Portus; facilior autem eſſet mutatio ἀλιύει; *quis te vitat?* vel τίς σοι ἀεικὴς; *quis tibi durus?* ἀεικὴς, ὁ μὴ εἴκων, Etymol.; vel denique τίς σοι ἀίτας; *quemnam deperis?* quæ vox Theſſalica Alcmani Theocritóque uſitata eſt. T. YOUNG. Inepta admodum eſt Porti obſervatio; neque media in ἀδικῆ ullâ unquam licentiâ produci poteſt. Tales nugæ mentionem non merentur, niſi exſibilandi gratiâ.

——— τίς σ' ἄ
Σαπφοῖ, ἀδικῆ;

verſum nullo modo efficere poſſunt; atque Brunckii emendatio non ſolum nimis audax, ſed ſupervacua eſt. Τίς ἀδικῆ σε; formula eſt loquendi in locis hujuſmodi non infrequens: ſic, Iph. A. 382. Τίς ἀδικῆ σε; τῦ κέχρησαι; *Quis te injuriâ affecit? qua re indiges?* Scribendum eſt igitur, leviſſimâ tranſpoſitione ac voculæ non neceſſariæ omiſſione;

——— τίς Σαπ-
φοῖ, ἀδικεῖ σε;

atque hanc lectionem eò confidentiùs propono, quod apud *The Monthly Review*, [*Jan.* 1798. Vol. xxv.] ſequentem canonem ſine controverſiâ à doctiſſimo Cenſore ſtabilitum video: "In carminis Sapphici ſtructurâ, vox ita dividi poteſt, "ut prior ejus pars maneat ad finem verſûs tertii, et poſte-"rior tranſeat ad initium quarti, quem Adonium vocant. "Quæ quidem diviſio nunquam apud veteres poëtas in fine "verſûs primi, nec ſecundi, nec quarti invenitur." J. TATE.

24. Η ὅ κεν ἐθέλοις.] Jo. Upton in Dion. Halicarn. lib. de Struct. Orat. legit ἢ ἐκὶ ἐθέλοις, nec aliter Iſaacus Voſſius in commentar. ad Catullum, quæ ſcriptura mendoſa mihi videtur.

tur. Particula potentialis ſalvo ſenſu abeſſe vix poteſt. Lego 258.
ἤ ἔ κεν θέλῃσθα, *aut voluerit.* BRUNCK. Potiùs: etiam *ſi tu voluerit.* Nam ἤ Æol. pro ἐι, *ſi.* Angl. *even if thou ſhouldſt not chooſe it.* In ſequentibus, obſervent diſcipuli voces Æolicas: χαλέπω pro χαλεπῶν, &c.

☞ Cui debemus hujus carminis conſervationem idem magnus criticus Dionyſius Halicarn. id pulchrè enarravit. [Vide Vol. v. p. 179, ſqq. edit. Reiſk.] Id numeris Latinis Sapphicis reddidit Elias Andreas; nec non Sam. Birkovius: quorum interpretationes videre eſt in editione Wolfianâ. Imitatus eſt Latinè celeberrimus Gul. Jones, Append. Poëſ. Aſiat. Comm. p. 527. Lectoribus Anglicis bene nota eſt ejus verſio poëtica, quæ auctorem habet Ambroſium Philips; quamque vir elegantiſſimi ingenii Joſ. Addiſonius magnoperè laudavit. *Spectator*, Vol. III. No. 223. Ubi vide quoque quædam de Sappho. Conf. *Akenſide's Ode on Lyric Poetry.*

Ver. 1. Φαίνεταί μοι κῆνος, &c.] Notandæ voces Æolicæ: κῆνος, pro ἐκεῖνος· ἔμμεν, ἐναι, ἶσόθεος, πλατείᾳ, ἀδὺ φωνεῦσα, pro εἶναι, ἐναι, quod eſt ὁ ἀνὴρ, ἴσόθεος, πλατεῖον, ἡδὺ φωνοῦσα.

5. Καὶ γέλαις ἱμερόεν·] γελαῖς infinit. eſt formæ Æolicæ. Vide Gregorium p. 294. § liii. Duo infinitivi φωνᾶσαι, pro φωνοῦσαι, et γελαῖς pro γελᾶν, ab uno verbo pendent ὑπανύει. Catullus: *Qui ſedens adverſus identidem te ſpectat, et audit dulce ridentem.* BRUNCK. τό μοι μὰν καρδίαν ἐν στήθεσιν ἐπτόαισεν.] quod cum non caperent imperiti, reponebant τό μοι τὰν. Atqui illud μοι eleganter παρέλκει.—Verbum autem ἐπτόαισεν uſitatiſſimum in rebus hujuſmodi.—Rectè etiam ſcripſimus, μὰ φωνᾶς οὐδὲν ἐν' ἴκει. MSS. ferè omnes ἄικει, quod Æolicè dicitur pro ἵκει. Sed ἄικει nullum locum hic habet. Quare nullus dubito quin ſcripſerit Sappho ἴκει· quod ſecundum morem atque conſuetudinem Æolum eſt, qui leni ſpiritu gaudent. TOUP. βρυχέως. Æolicè pro βραχέως, ἐν βραχεῖ, *citò.* BRUNCK. Melius φωνάεσσ' ὑπακούει· ἦ γλάσσᾳ ἔαγε, nam γελαῖς in hoc loco nullâ nititur auctoritate; et multò pulchrior illa conſtructio. T. YOUNG.

9. ταμέως δὲ γλῶσσα ἔαγε,] Tmeſis eſt: κατέαγε μὲν γλῶσσα. Malè et prorſùs ἀφύκτως legitur in quibuſdam editionibus γλῶσσ' ἐάγη. In hoc adriſto media corripitur, quæ in præterito ἔαγα longa eſt. BRUNCK. —*lingua* mea *debilitata eſt*, αὐτίκα δὲ λεπτὸν πῦρ ὑπεδδεδρόμακεν χρῶ, *et ſtatim ſubtilis ignis ſubiit cutem.* —ὑπεδδεδρόμακεν, Æol. pro ὑπεδεδρόμηκεν, quod formari videtur ab obſoleto verbo δρομέω, et hoc à δεδρόμα, perf. med. à δρέμω, pro quo in uſu τρέχω.

11. Οππάτεσσιν] Æol. pro ἐμπάτεσσιν, quod poëticè pro

ἔμμεναι. ἔχημι, pro ἰχέω: ut in Odario præcedenti, κάλαμι et πόθημι. ——βαμβαίνειν δ' ἀκοαί μοι·] Sic legendum, metro et ſententiâ flagitante. Catullus: *Sonitu ſuapte tintinant aures.* BRUNCK.

259. 13. Καδδ', &c.] i. e. κατὰ δὲ κατὰ disjungitur à χέοισι, per tmeſin.

15. —τιθνάκην,] Æol. pro τεθνάναι, vel τεθνάνας, et ὀλίγω 'πιδεύης, pro ὀλίγου ἐπιδεύσας, *et quum parùm abſum quin moriar*, φαίνομαι ἔμ' αὐτᾷ, *videor examinis.*

17. Ἀλλὰ πᾶν τολματὸν, ἐπεὶ πένητα—] *Sed omne audendum, quoniam pauperem*—deſunt cætera.

☞ Hoc exquiſitiſſimum odarion Wolfius in ſuâ editione oneravit annotationum farragine tam immenſâ, ut lectori faſtidium pariat. " In his reliquiis, " inquit Toupius vir acutiſſimus, " quos magis magiſque corruperunt viri docti " et indocti, nihil certi definiri poteſt. " Pulchra eſt hujus fragmenti imitatio Catulliana, ad Leſbiam: *Ille mi par eſſe deo videtur*, &c. et Gallica celeberrimi Boilavii: *Heureux! qui prés de toi*, &c. nec non Anglicana Ambroſii Philips: *Bleſt as the immortal gods is he*, &c. quas omnes, et plura quoque de Sappho, videre eſt, in libro notiſſimo, *The Spectator*, No. 229. Vide etiam Longinum, de Sublimitate, ubi ſervatum eſt hoc fragmentum, [Sect. x.] Οὐ διαφεύξει, κ.τ.λ. et quæ viri docti, præſertim Pearcius Toupiuſque, ibi annotârunt. Cf. celeberr. Gul. Jones, Poëſ. Aſiat. Comm. p. 258, ſqq.

---

* ΣΙΜΩΝΙΔΟΥ ΚΕΙΟΥ—] *Simonidis Cei Fragmentum.* Simonides Ceius, ſive ex inſulâ Ceâ, Philoſophus et Poëta, natus Ol. LV, 2. ante Chr. N. 557. [Vide *Bentley on Phal.* p. 45, ſqq. et 242.] Vocales longas η, ω, et duplices conſonantes ψ, ζ, Græcorum Literis addidiſſe; artemque memoriæ primus protuliſſe fertur. [De quo vide Cicero. de Orat. ii. c. 86. cf. Quinctil. x. c. 1.] Athenis Hipparcho jucundus erat; dein Spartæ cum Pauſaniâ verſatus eſt: denique in Siciliam vocatus à Hierone, Syracuſis mortuus eſt et ſepultus. Vide Xen. Hiero. cf. *Spectator*, No. 209. 531. Hoc autem fragmentum ſervavit Dionyſ. Halic. de Structurâ orat. p. 258. edit. Jac. Upton; cujus paucula habet Athenæus, p. 396. E. Vide Brunck, Lect. ad Analect. p. 17. Danaë Acriſii regis Argivorum filia, à Jove, ut narrant poëtæ, in auri imbrem converſo compreſſa, [Vide Ovid. Met. iv, 610. et Hor. L. iii, Od. 16.] ex illo concubitu Perſeum peperit. Hanc cum ejus infante Acriſius in arcam [λάρνακα] incluſam truci pelago commiſerat. In hoc fragmento venuſtiſſimo

Danaë,

Danaë, dum per mare vehuntur, infortunium ſuum ad infan- 259.
tem dormientem deplorat.

Ver. 3. Δείματι ἴφιτυν,] Ad Danaën refertur, cujus facta mentio in proximè præcedentibus verſibus, qui deſiderantur; non ad λίμνα. BRUNCK. λίμνα τι κυμβόεσσα ἴφιτυν [in vulgatis eſt ἴφιτυν.] δείματι, *et mare commotum* eam [Danaën ſcil.] *timore perturbaverat.*

6. —σὺ δ' ἀνηθὲς,] *tu autem ſuaviter dormis*, ἀνηθὲς propriè eſt, *florem carpo: undè optimo ſomno fruì.* Vide ſuprà ad Theocr. Idyll. ii. prope init. Cæterùm δ' ἀνηθὲς eſt ex felicissimâ conjecturâ Caſauboni pro δ' αὖτε ἰὸς.

8. —νυκτιλαμπεῖ,] Νυκτιλαμπὴς eſt cognomen Dianæ vel Lunæ. [Horat. Lib. iv. Od. 6. *Noctiluca.*] "Vel poteſt "νυκτιλαμπὴς idem valere ac ἀλλαμπὴς." T. YOUNG. Subintelligit hîc Uptonus ἰν. et poteſt reddi—Quanquam *ſub lunâ*, vel *imminente Lunâ*, *in atrâ* tamen *caligine*, quippe in areâ incluſus.

9. —σὺ δ' ἀνηλίαν, &c.] *Tu porrò ſiccam ſupra tuam longam cæſariem affilientem undam nil curas,*—

13. —περίκαλλον κάλλει.] *infans pulchro vultu:—ô pulchrum caput! beautiful babe!*

14. Εἰ δέ τοι—] Angl. *But if this calamity were a calamity to thee, thou alſo wouldſt have applied thy little ear to my words;* but as it is, *ſleep on my child, I exhort thee; let the ſea too ſleep,*—

18. Ματαιόβουλα, &c.] *Irritum autem factum ſit hoc conſilium, Jupiter pater, à te: quod fortè audaciùs ſit dictum, filii operâ precor mihi vindicatum iri.*

☞ Hoc fragmentum pulchrè reddidit Latinè vir eruditiſſimus Joan. Jortin; pulchriúſque imitatus eſt vir ſummè Rev. Gul. Markham, nunc Archiepiſcopus Eboracenſis; uti diſertè oſtendit amicus meus ſpectatus, Alex. Fraſer Tytler, de Woodhouſelee, in hac Acad. Hiſt. Civ. olim Prof. digniſſimus; nunc in ſupremâ apud Scotos curiâ civili Senator; in eleganti opuſculo, à ſe nuper iterùm edito, cui titulus, *Eſſay on the Principles of Tranſlation*, p. 152, ſqq. Cæterùm hoc carmen aliter conſtituit Hermannus, de Metris p. 452.

---

* ΒΑΚΧΥΛΙΔΟΥ—] *Bacchylidis Fragmentum.* Bacchy- 260.
lides è Iulide civitate Ceus,—Pindari æmulus, à quo hinc inde perſtringitur in ſuis ad Hieronem Odis, ſiquidem apud illum in gratiâ fuiſſe Bacchylidis Muſa dicitur.—Uſus eſt dialecto Doricâ, ut Pindarus et Simonides, lice non eſſent

260. Δαμῆς φίνα.—Fab. Bib. Gr. T. ii. p. 114. edit. Harles. ubi vide plura. Conf. *Bentley's Diſſ. on Phal.* p. 40.

Ver. 2. —μελιγλώσσων ἀοιδῶν ἄκτας,] Angl. *the ſhewers of the ſweet-voiced bards*, μελιγλώσσων— Dor. pro μελιγλώσσων.

6. Ἐν δὲ σιδαρέοισιν—] Angl. *In the buckles which bind the iron ſhields the webs of the black ſpiders exiſt.*

8. —χαλκέην] Tibullus: I. i. 4. *Martia cui ſonuere claſſica pulſa fugant.* ubi Heynius Bacchylidis verſus ſic conſtituit:

Χαλκέην δ' ἐκέτι σαλπίγγων ἐόντων ἔνι
συρίγγων μελίφθογγον ὕπνος ἐκὼ βλεφά-
ρων, ἀμφὶ δὲ θάλπει κίμβ.

Conf. Hor. Epod. ii. 5. JACOBS. ἀμφὶ i. e. ἀμφίπεσεν.

12. Παιδικοὶ δ' ὕμνοι φλέγονται.] Angl. *And the hymns of the youth reſound.* Vide ſuprà ad Ged. Tyr. v. 187. Cæterùm juvat hic apponere horum verſuum pulcherrimam interpretationem Latinam, à celeberrimo H. Grotio; quæ ſic ſe habet:

PAX alma res fert maximas mortalibus,
Illa miniſtrat opes,
Blandoſque luſus carminum.

Tunc lætus ignis in Deorum altaribus
Lanigeras pecudes,
Cæſaſque conſumit boves.

Gratus palæſtræ tunc juventutem labor,
Sertaque junctis mero
Et tibiæ exercet ſonus:

Tunc inter ipſa fibularum vincula,
In clypeique ſinu
Araneæ texunt opus:

Hic haſta, et illic enſium mucro jacet;
Cordis amica quies
Nullo fugatur claſſico:

Sed altus hæret et ſui juris ſopor:
Carminibus reſonat
Vicinia, et feſtâ dape.

---

† ΕΚ ΤΩΝ ΑΝΑΚΡΕΟΝΤΟΣ—] *E Carminibus Anacreontis quædam.* Selectiora Anacreontis Carmina jam dedimus in Coll. Gr. Min. cum Auctoris brevi notitiâ, quam vide. Conf. *Akenſide's Ode on Lyric Poetry*;—*I ſee Anacreon ſmile*

ſmile and ſing,—Away, deceitful cares, away, And let me liſten to his lay: &c.

‡ ις'. Εἰς ποτήριον, &c.] XVII. *In poculum argenteum.* Poculum ſibi faciendum curat, quidque in eo cupiat incidi, cælatori exponit.

2. Ἥφαιστ,] Ἥφαιστε, *Vulcanus* hîc ponitur pro artifice, quem Anacreon alloquitur. τερείνων ποίησον μοι, arte tuâ cælandi.

14. —Μαινάδας τρυγόσας·] Heſych. Μαινάδες· αἱ βάκχαι. 261.
Τρυγᾶν eſt *uvas decerpere.*

16. —Χρυσίους] *aureos*— Vide ſuprà ad p. 58. Odyſſ. ζ, 232. Nempè ex argenteo poculo aureæ prominebant imagines. Extat autem hoc odarium integrum apud Gellium. xix, 9. utinam reliqua paris eſſent elegantiæ. T. YOUNG. πατηταὶ ſunt *torculatores*, ſive calcatores uvarum, qui et λατοπάται vocantur. BORN.

* ιθ'. Εἰς τὸ δεῖν πίνειν.] XIX. *In neceſſitatem bibendi.*

3. —ἀναίρεις,] ἄναυρος eſt propriè *torrens*, i. e. fluvius ex imbribus et pluviis collectus et in valles ruens. BORN.

5. —σελήνη.] Luna ſcil. mutuatur ſuum lumen à Sole.

† λ'. Εἰς Ἔρωτα.] XX. Lepidiſſima deſcriptio Cupidinis à Muſis, quas lacceſſiverat, vincti.

5. Ζητῶ λύσασθαι τὸν Ἔρωτα, φέρων λύτρα.] *Quærit liberare Cupidinem, ferens pretium redemptionis.* Conf. Iliad. α, 13.

7. Αὐλείων δεδέμεθα.] Angl. *be is inured to ſervitude.*

‡ λα'. Εἰς ἑαυτόν.] XXII. Potando et bacchando delectatur.

1. Ἄφες με τοῖς θεοῖσι] pro ἄφες με, τοῖς θεοῖς σου, reſtituit vir doctus in Miſcell. Obſerv. T. x. p. 422. BRUNCK.

2. —ἑνὶ] *uno hauſto*, nec reſpirante, nec labiis admotis, à πίνω, *labia comprimere.* BORN.

5. —λευκάνδρου,] Credo λευκάνδρου, itidem ut ἀργίνδα, tam 262.
celeritatem quam *candorem* pedum ſignificare poſſe, et reſpexiſſe poëtam ad Oreſtis errores, quum à Furiis exagitatus, totam ferè Græciam pervagatus eſt. BRUNCK. λευκάνας, *albos pedes habens*, deindè *pulcher.* BORN.

* λβ'. Εἰς Ἐρώτων ἐπίθεσιν.] XXXIV. Tabulam pictam aſpicit poëta, et alloquitur puerum.

2. Ζεύς τις—] Quaſi dicas Angl. *a Jupiter.* Cæterùm fabula Jovis et Europæ ſatis nota.

8. —ἀγέλης] hîc primam malè producit. Horum quædam non puto genuina Anacreontis. T. YOUNG.

* λγ'.

263. * λϛ'. Εἰς τὸ ἀπειρίνους ζῆν.] XXXVI. *Remissè vivendum esse,* 1—4. —νόμους—] *νόμοι, leges* sunt hoc loco *scientia juris,* jurisprudentia. *ἀνάσσειν* dicitur omne quod cogit. *ῥητόρων ἀνάσσειν* sunt ergo omnia *argumenta, quibus oratores cogunt auditores ad adsensum,* vel *etiam præcepta artis dicendi,* hoc est, eloquentia, *τί δ' ἐμοὶ,* subaudi *ὄφελος quo mihi,* &c. *quid lucri mihi afferent,* &c. *λόγοις* videtur esse *quæstiones et disputationes philosophorum.* Ita ut sensus sit: *Quid mihi jurisprudentia proderit? quid eloquentia? quid philosophia?* BORN. Hoc autem odarium planè cum Tzetzæ versibus politicis numerandum est. T. YOUNG.

10. Δὸς ὕδωρ.] nempè ad vinum diluendum. Solebant enim veteres vino uti temperato aquâ. Plerumque cum duabus portionibus vini miscebant tres aquæ, quod dicebantur κεκραμένον τρία πρὸς δύο. cf. Schol. ad Arist. Equit, 1184. et Suidas in voce τρία κεκραμένον. Hinc οἶνος φέρων τὰ τρία est *vinum præstans. Idem.* Hunc autem Veterum morem laudabilem quam jucundum erat videre senem illum verè venerabilem, νῦν δὲ τὸν μακαρίτην, *Jacobum Burnett de Monboddo,* ipsum usurpantem, eundémque audire cæteris commendantem, quandò essent ipsius —φίλων Ἀνδρῶν ἀμφὶ δαιτὰ Τρίπτυχον.

---

† ΠΙΝΔΑΡΟΥ ΟΛΥΜΠΙΑ.] *Pindari Olympia.* Pindarus, Lyricorum Poëtarum princeps, natus est Thebis Bœotiæ, Olymp. LXV. 1. ante Chr. N. 520. Patrem habuit Daiphantum vel, ut alii volunt, Scopelinum, Matrem Myrto vel Myrtidem nomine. Pater, quocunque nomine dictus, artem tibicinis exercuisse dicitur; quam et filium, adjuvante matre, docuit. Inde Lyrâ quoque à Laso Hermionensi instituebatur; quâ quidem brevi adeo inclaruit, ut hoc nomine ab Alexandro Amyntæ filio, rege Macedoniæ, inter eos quos propter Musicæ peritiam princeps iste carissimos habuit, magno cum honore exceptus fuerit. Præceptorem quoque habuit Simonidem Ceum, qui eo tempore primas inter Lyricos obtinuerat. Et ipse quidem maturè excelluit inter hujus generis poëtas. A Corinnâ tamen poëtriâ quinquies victus fuisse dicitur. Has autem victorias magnâ ex parte Corinna eximiæ suæ pulchritudini debuisse creditur. Porro, hoc accidisse videtur, quum Pindarus esset admodum juvenis. Postea enim, Xerxe ab Athenienſibus pugnâ Salaminiâ profligato, quadraginta annos natus, teste Diodoro Siculo, —τῶν μελοποιῶν Πίνδαρος ἦν ἀκμάζων κατὰ τούτους τοὺς χρόνους. [Lib. ix. p. 425. Tom. i. edit. Wesseling.] Quamdiu vixerit minùs constat inter auctores. Secundum Suidam obiit quinquaginta tantùm et quinque annos natus. Sunt tamen qui eum ad annum

annum ſexageſimum ſextum, vel octogeſimum, vel etiam 263.
nonageſimum perveniſſe credunt. Eum, et in vivis et poſt mortem, magno honore proſequebantur non ſolùm cives ſui, verùm etiam exteri. Monumentum ejus Thebis in Hippodromo, ante portam Prætidem, ſtadii ab urbe intervallo poſitum fuit, ut narrat Pauſanias. Alexander ille Magnus, quum Thebas funditùs everteret, ſolam Pindari domum ſtare, ejuſque familiæ et penatibus parci, juſſit. Apud veteres carmina ejus ſummam admirationem excitâſſe videntur. Nobile de eo Horatii judicium junioribus etiam diſcipulis ſatis notum, ex illâ Ode pulcherrimâ quæ incipit: *Pindarum quiſquis ſtudet æmulari*, &c. [Lib. iv. 2.] "*Novem*," inquit Quinctilianus "Græcorum Lyricorum Pindarus princeps, ſpiritu, magni-"ficentiâ, ſententiis, figuris: beatiſſimus rerum verborum-"que copiâ et velut quodam eloquentiæ flumine, propter "quæ Horatius nemini credit eum imitabilem." [Inſt. Orat. Lib. x. 1. 61.] Scripſit varia, eaque omnia dialecto præcipuè Doricâ: Sed hujus poëtæ *μεγαλοφυΐαν*, ut eum vocat Athenæus, [xiii. p. 564.] præter fragmenta quædam, extant tantùm carmina integra 45 epinicia Lyrica, quæ Strophis, Antiſtrophis et Epodis conſtant, ſcripta in Ὀλυμπιονίκας 14; Πυθιονίκας 12; Νεμεονίκας 11; et Ἰσθμιονίκας 8: quæ certè multa indicia exhibent ſublimis ingenii atque mentis divinioris; nec non oris magna ſonantis. Dubitârunt tamen nonnulli an quæ Pindari habemus ſatis mereantur tantas laudationes, quantis eum proſequuti ſunt Horatius, Quinctilianus, aliique. Sed ſcripſerat quoque Dithyrambos, Pæanas, Encomia, &c. veteribus benè nota, atque ad laudes auctoris ſui multum fine dubio conferentia; nunc autem deperdita et neotericis nunquam viſa. In argumentis Odarum Pindari quæ ſuperſunt magna eſt, nec vitanda, ſimilitudo: quæ res poëtam varietatem quærere coëgit ex digreſſionibus, quibus carmina quibuſdam nimis abundare videntur. Sed de digreſſionibus Pindaricis conſulendus eſt doct. Rob. Lowth, de Sacrâ Poëſi Hebræorum. [Prælect. xxvi.] Et qui plura velit de Pindaro aliiſque Græcorum Lyricis vatibus, adeat Fabr. Bib. Gr. Lib. ii. c. 15. p. 57, ſqq. Vol. ii. Edit. Harleſii.

PINDARI EDITIONES PRÆCIPUÆ.

[Quicunque videre cupit plenam hujus Poëtæ editionum enumerationem, adeat finem alterius partis editionis primæ Heynianæ mox nominandæ, p. 105, ſqq. et Præf. ſecundæ, p. 36, ſqq. Idem conſulat Fabr. Bib. Gr. ubi ſuprà.]

1. Πινδάρου

263. 1. Πινδάρου Ολύμπια. Πύθια. Νέμεα. Ἴσθμια.—*ſubjecto Callimacho, Dionyſio de ſitu orbis et Lycophronis Alexandra.* (omnia Græce) *Venetiis in Ædib. Aldi et Andreæ Aſulani ſoceri*, menſe *Januario* 1513. 8. *fol.* 373. [Quæ eſt editio princeps.]

2. Πινδάρου Ολύμπια—μετὰ ἑτέρων παλαιᾶς πάνυ ἐκδόσεως καὶ σχολίων ἐρμείων.—Operâ et induſtriâ Zachariæ Calliergi Cretenſis.—*Romæ*, 1515. 4. [Hanc editionem omnium reliquarum eſſe fundum, argumentis innumeris conſtare vidimus. HEYNE.]

3. *Pindari Olympia—cæterorum octo lyricorum carmina Alcæi, Sapphus, Steſichori, Ibyci, Anacreontis, Bacchylidis, Simonidis, Alcmanis, nonnulla etiam aliorum. Omnia Græcè et Latinè. Pindari interpretatio nova eſt eaque ad verbum.* Excudebat Henric. Stephanus (Pariſiis) anno 1560. octonis minoris formæ, ſeu 16. [Ex officinâ Stephanorum prodierunt ſex ad minimum Pindari editiones.]

4. ΠΙΝΔΑΡΟΥ ΠΕΡΙΟΔΟΣ *hoc eſt* PINDARI LYRICORUM PRINCIPIS plus quam ſexcentis in locis emaculati, &c.—*Opera Eraſmi Schmidii Deliuiani Græc. et Math. P. P.* (Vitebergæ) 1616. 4. [Schmidium vocat Heynius editorum Pindari facilè principem.]

5. ——— *Jo. Benedictus, M. D. et in Salmurienſi Acad. R. Linguæ Gr. Prof. Salmurii*, 1620. 4*to*.

6. *Pindari Olympia, Nemea, Pythia, Iſthmia.* Una cum Latinâ omnium Verſione Carmine Lyrico per *Nicolaum Sudorium.* (le Sueur) *Oxonii*, 1697. fol. [Hæc eſt ſplendidiſſima editio Oxonienſis quam curârunt *Rich. Weſt* et *Rob. Welſted*. "Modeſtiam," inquit Heynius, "et æqui-"tatem virorum doctorum facilè probes; etiamſi doctrinæ "ſubtilitatem, criticum acumen, et ſubactum in admittendis "vel rejiciendis interpretationibus et lectionibus æſtimandis "deſideres ingenium.—Repetitus eſt contextus poëtæ ex "hâc editione, primum edit. Glaſg. 1744, cum interpretat. "Lat. et Græcè 1754. 24. tribus voll. nitidiſſimis." Tum Gr. et Lat. Lond. apud Bowyer, 1755. 8vo.]

7. PINDARI CARMINA *cum Lectionis varietate: curavit* CHRISTIAN GOTTLOB. HEYNE. *Gottingæ*, 1773. 8vo et 4*to*. [Adjecta eſt interpret. Latina Koppii, curante Heynio. Editio quidem præſtantiſſima; ad quam ADDITAMENTA ſua edidit idem vir celeberrimus, eadem formâ, *Ibidem* 1791. pp. 160. quorum exemplar ad me nuper muneri miſit auctor amiciſſimus, quod maximi facio.]

8. PINDARI CARMINA SELECTA.—Cum ſcholiis ſelectis ſuiſque notis in uſum Academiarum et Scholarum edidit

Fredericus

Fredericus Gedike.—Berolini, 1786, 12*mo*. [Utiliſſima quidem editio, cum notis doctis ſimul et elegantibus.] 263

9. PINDARI CARMINA, *cum Lectionis varietate et Adnotationibus: iterum curavit* CHR. GOTTL. HEYNE. III *Voll. Gottingæ*. 1798. 8*vo*. Adjecta eſt huic edit. Godofredi Hermanni Commentatio de Metris Pindari. Ad quam, et ad Oxonienſium Pindari Editorum deſideratæ ἀκροάσεις ſpecimen, in R. Dawes. Miſc. Crit. p. 33—68. [edit. Burgeſs. p. 37.] illum qui de hac re penitiùs diſquirere velit relegamus.

*** Quatuor præcipui et maximè ſolennes Græciæ ludi fuerunt, Olympii, Pythii, Nemei et Iſthmii. Olympii in honorem Jovis: Pythii verò Apollinis: Nemei, initio Archemori, poſtea Jovis: Iſthmii Palæmonis initio, poſtea Neptuni, fuerunt celebrati. Priores duo tetraëterici, ſeu quarto quoque anno elapſo: poſteriores duo trieterici, ſeu tertio quoque anno præterito, fuerunt celebrati. Olympici victores oleâ, vel, ut alii volunt, oleaſtro: Pythici lauro: Nemei apio: Iſthmici pinu coronabantur.—Sed de Olympiis cæteriſque ludis, nimis longum foret hîc differere. Vide Schmidii Prolegomena, ad ſuam Pindari editionem: *Weſt's Diſſertation on the Olympic Games*, interpretationi ſuæ Anglicæ quarundam ex Odis Pindari præfixam: item Fabr. Bib. Gr. loco ſuprà citato; ubi plures de hâc re ſcriptores indicatos invenies.

‡ Εἶδος α'.] *Olymp. I.*—Nominat Pindarus hujus operis poëmata omnia, Εἶδη, i. e. *Species* ſeu *formas* poëmatum: cujus Diminutivo uſus Theocritus, ſua ἀσυμάτια εἰδύλλια inſcripſit. Solebant autem hujuſmodi Lyricorum εἴδη præcipuè in ternas partes ſeu terna μέλη diſpeſci, videlicet in Στροφὰς, Ἀντιστροφὰς, et Ἐπῳδάς. Et Στροφὴν quidem appellant primum μέλος, ſeu primam partem, quam in choris cantantes, à dextris ad ſiniſtra ſe circa aras vertebant. Ἀντιστροφὴν verò, ſecundum μέλος, ſeu ſecundam partem, quam canentes, à ſiniſtris ad dextra ſe circa aras movebant. Ipſa verò cantio ᾠδὴ et ἀντῳδὴ dicebantur. Τὴν Ἐπῳδὸν denique appellabant tertium μέλος, ſeu tertiam partem, quam canentes ad aram in medio conſiſtebant. SCHMIDIUS; p. 46. ubi vide plura. Idem fit hodiè apud Gallos quoties occurrit *le grand rond*. T. YOUNG.

‖ ἹΕΡΩΝΙ ΣΥΡΑΚΟΥΣΙΩ Κίλητι.] i. e. HIERONI SYRACUSANO *equo celete victori*. κέλης, ητος, ὁ, *equus ad currendum cum ſeſſore ſuo adhiberi ſolitus*. Angl. *a race-horſe*: Subauditur hîc ἱππάσιμος. Erat autem Hiero rex ſeu tyrannus Syracuſanorum in Siciliâ, filius Dinomenis, et non confun-

263. dendus cum altero Hierone, Hieroclis filio, qui regnavit etiam Syracuſis, ſed ducentis fere annis recentior. Equo celete victor Olymp. LXXIII. à vetere grammatico traditur; perperam, uti cenſet celeberrimus Heynius; nam Syracuſanus certè adſcribi non potuit ante Olymp. LXXIV, 1. qua Gelon frater Syracuſas occupavit, Gelæ dominatione Hieroni relictâ. Videtur adeo Olymp. LXXV. victoria hæc Olympiaca reportata eſſe. Eam porrò non curulem fuiſſe, ut volunt nonnulli, ex ipſo carmine ſatis manifeſtum eſt. Nam non niſi unius equi unquam mentio fit. Præter Gelonem natu maximum, cui in imperio Syracuſarum ſucceſſit, alios habuit fratres Polybulum, vel Polyzelum, et Thraſybulum. Refert Ælianus [Var. Hiſt. iv, 15. ix, 1.] eum initio fuiſſe ἀμουσότατον, poſtea liberalem, fortem, et eruditorum amantem. Quod autem memoriæ prodidit Diodorus Siculus, (qui tamen de naturæ ipſius ac ingenii in melius mutatione reticuit,) de eo vide infrà ad Pyth. i. v. 167.

ARGUMENTUM.

Hæc ode in laudem Hieronis eſt conſcripta. Poëta celebrat illius juſtitiam, ſapientiam; præterea equum, quo vicerat, et locum, ubi Olympiaca certamina inſtituebantur. Ab eo loco, nempè *Peloponneſo*, occaſionem arripit digrediendi ad vulgatam de Tantalo et *Pelope* fabulam, undè ad Hieronem regreſſus, felicitatem, quæ ſequitur Olympionicas, deſcribit. Poſtremò concludit carmen voto, ut deus gloriam Hieronis conſervet. GEDIKE.

Ver. 1—4. Ἄριστον μὲν ὕδωρ.] Ὁ τῆς τῶ προοιμίου ὅλος τοιοῦτος· ὥσπερ τὸ μὲν ὕδωρ τῶν ἄλλων στοιχείων, ὁ δὲ χρυσὸς τῆς λαμπρᾶς ὕλης προτιμώτερος, οὕτω καὶ ὁ Ὀλυμπιακὸς ἀγὼν προτιμότερος τῶν ἄλλων. *Schol.* Exordii theſis eſt: *Ludi Olympici reliquis omnibus præſtant.* Hanc triplici comparatione illuſtrat: Ut aqua elementis reliquis, ut aurum metallis reliquis, ut ſol ſtellis reliquis præſtant. Sed comparationem ut poëta lyricus expreſſit, omiſſis conjunctionibus et comparationis particulis. Aquam ἄριστον vocat, nempè inter elementa.—Hauſit hoc poëta ex antiquiſſimis coſmogoniis, imprimis autem ex philoſophiâ Thaletis. GEDIKE. Conſtrue: ὁ δὲ χρυσὸς διαπρέπει μεγάνορος ἔξοχα πλούτου, ὅτι πῦρ αἰθόμενον [διαπρέπει ὧν] νύκτι. *et aurum fulget eximiè inter magnificas divitias, velut ardens ignis in nocte.* ἔξοχα conſtruitur cum genit. et ἔξοχα hic ſumitur adverbialiter.

5—17. Εἰ δ' ἄεθλα γαρύει ἔλδεαι,—] Γαρύειν—φωνεῖν, καταλέγειν, ὑμνεῖν· ἐπιμιξίας δὲ, τὸ γαρύειν, τῷ ι ἐκλείψαι. *Schol.* ἐλδεαι,

ἴλδομαι, *cupio*, ἴλδεται, elifo ε ἴλδεται, et poſt contractè ἴλδη· φίλος ἦτορ, *ô meum cor, mi anime;* nam φίλος, ut bene notum, ſæpiſſimè redditur ut pronomen poſſeſſivum. ἰερὰας δι' αἰθέρος, *ſerenum per ætherem*, vacuum ſcil. omnibus ſtellis, nubibus aut nebulis. —ἀγῶνα φέρτερον Ολυμπίας, i. e. ἀγῶνα φέρτερον τῷ ἀγῶνι Ολύμπιας· quæ ſpecies eſt locutionis ſolennis apud Græcos ſcriptores orationis tam ſolutæ quam adſtrictæ. [Vide Vol. I. ad p. 72. n. 1.] Quæ ſequuntur ita poſſunt conſtrui et reddi: Ὅθεν ὁ πολύφατος ὕμνος ἀμφιβάλλεται μητίεσσι σοφῶν, [αὐτὸς vel ὥστε αὐτὸς] κιλαδεῖν παῖδα Κρόνου, ἱκόμενος ἐς ἀφνεὰν μάκαιραν ἑστίαν Ἱέρωνος. *Undè* [i. e. ex quo certamine Olympico] *celeberrimus hymnus adornatur—contexitur ab ingeniis poëtarum*, [ἀμφιβάλλεται explicatur à Schol. κοσμεῖται καὶ περιλαμβάνεται, πλέκεται· ἡ μεταφορὰ ἀπὸ τῶν ῥιφάνων.—ἀμφιβάλλεται μητίεσσι, ut ποιοῦνταί μοι, *factum eſt à me*, et ſimilia. σόφοι ſunt hîc *poëtæ*, ut alibi apud Pindarum.] *ut cantent filium Saturni, accedentes ad opulentam beatam domum Hieronis:* pro ἱκόμενος, quod concordat cum αὐτὸς ſubaudito ante κιλαδεῖν, quidam legunt ἱκομένοις, ut referatur ad αἰβάσομεν· et reliqua in medio poſita ſint: ſed hoc, ut mihi videtur, minùs concinnè.

18—21. Θεμιστῆον] τὸ δίκαιον· ἀμφίκειται δὲ, τὸ περίκειται· οἱονεὶ 264.
Θεμιστόνιον.—Δρεπὸν] ἀπανθιζομένος πασῶν ἀρετῶν τὸ τέλειον· οἱονεὶ, ἀφ' ἑκάστης τὸ ὠφέλιμον καρπούμενος. *Schol.*

22. —Αγλαΐζεται δὲ ἡ Μουσικὰς ἐν αὐτῷ,] Intelligunt nonnulli, ipſum Hieronem Muſices peritum laudari. Rectiùs ita: *ornatur muſices flore*, i. e. celebrari ſolet cantibus. GEDIKE. De αὐτῷ, vide ſuprà ad Theocr. Idyll. ii, 2.

24—26. Οἷα παίζομεν, &c.] Solebant in conviviis lyram circumferre et hoſpitibus offerre, et qui ruditatis notam vitare volebat, ei tum fidibus canendum erat.—Cogitandus h. l. eſt poëtarum in conviviis conſeſſus. Plures enim præter Pindarum in aulâ habere ſolebat Hiero, e. g. Simonidem, Bacchylidem, Æſchylum. GEDIKE. Vide ſuprà ad p. 260.

26—31. —Δωριὰν] ὅτι Δωρικῇ ἁρμονίᾳ ἤρμοσαι τῷ Πινδάρῳ ἡ λύρα· ἁρμονίαι δὲ πλείονες· Δώριος, Φρύγιος, Λύδιος· Δώριον δὲ μέλος σεμνότατόν ἐστι. παρακάλυ δὲ, ὅτι ἐπὶ παρακάλων ἐκεῖτο καὶ κιθάρα.—Πίσας] τόπῳ ἐν Ηλιδι ὑπὸ ὑψηλῶν ὄχθων περιεχόμενον· ἔνιοι δὲ ὑπονοῦχθαι τὴν Πίσαν ἡ τὴν Ηλιν, ἐκ ἐρθῶς δὲ· διέτηκε γὰρ ἀπ' ἀλλήλων τὰ χώρια τριάκοντα. —Φερενίκᾳ] ὄνομα τῇ νικησάσῃ ἵππῳ. Ανακλέφασα, ὦ Πάδαρε, τὴν Φερενίκην, ἡ ὕμνει τὸν Φερένικον, ἵππον τῷ Ἱέρωνι, ἡ τὴν Πίσαν, ἐπ' ἄρα σοὶ ἡ τόπων χάρις τὸν τῶν πόδων. *Schol.* χάρις apud noſtrum ſæpiſſimè eſt *gloria*. Piſa h. l. pro Olympiâ: Stephanus Byz. Ολυμπία ἡ πρότερον Πίσα λεγομένη. GEDIKE.

32—34. —πὰς Αλφιῷ] ἐν Ηλιδι· ὁ γὰρ Αλφιὸς ἐν Αρκαδίᾳ

τὰς πηγὰς ἴχει, ἢ ἀπ' αὐτῶν ἀρχόμενος παρῄει τὴν τῶν Ηλε. —σίτο] ἔθρεμμα πρὸς τὸν δεῖπνον. —Ἀείσητος] τὸ παχὺ καὶ πρόβατον τῶ ἵππω δηλοῖ· ὕστις ἔθρεπτον ὡς μὴ δῶδεκα καθ' ἡμέραν ἢ μάστιγι. —Κρόνου] ἦγεν τῇ νίκῃ. *Schol.* σίτο, fine augmento pro σιτοῦτο.

36. —λάμπει δὲ σὺ] αὐτῷ ὕστι τῷ ἵππῳ ὃ τῷ Ἰέρωνι, ὁ καὶ βέλτιον. *Schol.* [Immò *Hieroni* ſine omni dubitatione.] ἀσαφεία τῶ Πίνδαρος· τυτέστιν ὁ τῇ Πελοπονήσῳ. *Schol.*

265. 38. —τῶ μεγαλώνυμε] Factâ mentione Pelopis, digreditur nunc in ejus hiſtoriam: ubi primùm breviter fabuloſa de eo narrat. Deindè in vanitatem fabularum invehitur. Denique veriora de eo ſe dicturum promittit, ſicut et ſtatim laudes Pelopis ſubjicit. τῶ Ionicè et Poëticè pro ὅ. Articulus præpoſitivus pro ſubjunctivo. SCHMIDT. Vide Vol. I. ad p. 3. n. 4.

40—42. Ἐπεί νιν καλαῖῶ] Fabula ſic habet: Tantalus diis adeò charus initio fuit, ut ad menſam eorum adhiberetur. Quum autem vellet illis retribuere, vocatis ad ſuam domum Pelopem filium mactatum et coctum appoſuit. Quum vero reliqui omnes dii funeſtas epulas averſarentur, ſola Ceres ab inquiſitione filiæ reverſa, avida et ignara humerum comedit. Dii vero fruſtra omnia in lebetem conjecerunt, et Pelopem vivum reddiderunt, et pro comeſto humero eburneum ſubſtituerunt. SCHMIDT. κεκαδμένον, Æol. pro κεκαρμένον, à καίω, *orno*. φαιδίμον δῶμον, ſupple κατὰ.

43—47. Η θαύματα πολλὰ] Poëta, in memoriam revocans antiquitatis miracula exclamat: *Multa ſanè miracula* (olim facta ſunt.) ἢ μῦθοι, διδαιδαλμένοι ψεύδεσι ποικίλοις, ἐξαπατῶσι (pro ἐξαπατῶσι) βροτῶν φρένας, πού τι ἢ ὑπὲρ τὸν ἀλαθῆ λογον. *Sed fabulæ—decipiunt hominum mentes*, eáſque commovent *magis interdum quàm ipſa veritas*.—Hoc deindè Pelopis hiſtoriâ comprobat. GEDIKE.

48—52. Χαρὶς δ'.—] ἡ δὲ χάρις τῶς ποιητικῶς γραφῶς ἢ τὸ κατὰ τὸν μῦθον ψυχαγωγίας, ἥτις ἢ τοῖς ἀνθρώποις ἄπιστον ἐδὲν τὸ πράγματα παρασκευάζει, τὸν παρ' ἑαυτῶς τρόπον ἢ χάριν ἐπιφέρεται, πολλάκις ἢ τὸ ἄπιστον πιστὸν νομιζθῆναι παρεσκεύασεν. *Schol.* ἐμήσατο ἢ ἄπιστον πιστὸν, *efficit etiam quod incredibile* eſt *credibile*. De aor. in hoc ſenſu vide Vol. I. ad p. 19. n. 6. μηδόμαι, unde ἐμήσατο, *excogito, efficio, prudenter propono*. Pro ἔμμεναι τὸ, Gedikius propoſuit ἔμμεναί τι— quod probavit Heynius.

57. —μείων γὰρ αἰτία.] *minor enim ſic eſt culpa* (fingere.) KOPPIUS. Senſus eſt: Si quis bona et honeſta de diis locutus eſt; *minor* erroris *culpa eſt*, ſi fortè in iis, quæ dixit, erraverit. GEDIKE. μείων αἰτία uſu loquendi Pindarico ἀλγος et hoc pro ἀδικία, *ita in nullam reprehenſionem incurrit*. Ita P. i, 159. et P. xi, 45. HEYNE. ἔστι δὲ εἰκὼς ἀνθρώπῳ, ἐνθρώπε

πτεί

περὶ θεῶν λόγων, ἢ μὴ βλασφημοῦντας λόγους αὐτοὺς ἀνθρωποφάγους ἢ γαστριμάργους. *Schol.*

58—68. Υἱὲ Ταντάλου—] Sequentia sic jungenda: *φθέγξομαι τὸν ἀγλαοτρίαινον ἀρπάσαι σε, ἐν ἵπποις τε μεταβῆναι.* HEYNE. *Fili Tantali, dicam, contra priores poëtas, tridente inclytum* deum, *domitum meentem amore, quando pater tuus, vicissim præbens cœnam diis,* eos *vocaverat justissimas ad epulas suamque ad Sipylum, tunc rapuisse te, aureoque curru transtuliisse supremam ad domum multùm venerandi Jovis.* —ὑπομάστιον] διαπάστιον, ἐπεὶ ἀνίδρωτος ἦν ὃν ὑπὸ θεῶν ἁγαθῶν ἵππαθεν. —ἔρανον] ὄγων τὴν ἀμοιβαίαν δεξίωσιν. — Σίπυλον] οἱ μὲν πόλεως ὄνομα· οἱ δὲ ὄρος περὶ τὴν Λυδίαν, ὅθεν ὁ Πέλοψ. —Α[λαοτρίαιναν] τὸν Ποσειδῶνα, τὸν τῇ λαμπρᾷ τριαίνῃ χρώμενον. *Schol.*

71. —ταῦτ' ἐπὶ χρεὼς.] *idem ad ministerium*— pocillatoris 266.
scil.

77—81. Ὕδατος ὅστι τε, &c.] τε Dor. pro σέ. Ordo est: *ὅστι ἐτάμου σὲ μαχαίρᾳ κατὰ μέλη ἀμφ' ἀκμὰν ὕδατος ζέοντι πυρί,* [i. e. *ἐν ὕδατι ἀκμαίῳ ζέοντι. Schol.*] *quod dissecuerunt te cultro membratim circa vehementiam aquæ fervantem igne,* i. e. *quod dissecuerunt te,* &c. *postquam elixus fueris aquâ vehementer fervente ad ignem.* τε διεδάσαντο δύντα κρεῶν σε ἀμφὶ τραπέζαις, ἢ ἐφόνησαν, *atque distribuerunt frusta carnium tuarum circa mensas et comederunt.* " Vulgò ἀμφιδύντα sine sensu. " Illud jam Athenæus [l. 14.] habet de *secundis mensis* in- " telligens, præterea codd. nonnulli et ed. Ald. Unus ex " Schol. δύντα—τὰ βεβρεγμένα τῷ αἵματι habet, ut legisse " videatur δαντὰ τὰ κρεῶν. à δύειν. Pauw emendat ἀμφιδύντα " τὰ κρεῶν, quod explicat *lebeti immersa.* Equidem, cum " Heymo τραπέζαις ἀμφὶ jungo, et δύντα κρεῶν de *extremis* " *partibus,* quum humerus tantùm consumtus fuerit. " GEDIKE.

82—85. ἄπορος] ἀντὶ τοῦ ἄπορον, ἄγνωμον μανιώδους. —γαστρίμαργον] ἀκρατῆ τῆς γαστρός. —Α φίσεται] μανεὶς καὶ πορρω γένεται τοῦ ταυτὰ περὶ θεῶν λέγειν. —Λαιψόδους] οἱ ταχύγονοι τῶν ἀνθρώπων φυσικῶς ἐν ἀκίδεσι εἰσίν· ἀκίδεσσι δὲ ἐοικυῖα ἡ βλαδή· —καλαγέρους] Δωρικὰ ἀντὶ τοῦ καλοὺς· ἀεὶ γὰρ ἡ αἰτιατικὴ παρ' αὐτοῖς, κατ' ἀφαίρεσιν τοῦ Υ λαμβάνεται διὰ μόνου τοῦ Ω. *Schol.*

86, 87, Ολύμπια σκοποί] Οἱ ὄφεροι τῷ ἀρετῷ, τυτύσιν οἱ θεοί. —κατατρύψαι] ἀντὶ τοῦ, διατρῖψαι ἐπ' ὠφελείᾳ ἑαυτοῦ.

89—94. —κέρᾳ] τῇ ὕβρει καὶ ἀλαζονείᾳ· διὰ τοῦ κέρᾳ, φησὶ, προσέλαβε τὸν ἄτην, ἀδυνατίσας κατασχεῖν τὴν εὐθυμονίαν. —ὑπέρεσλον] ὑπερβολικὸν ἢ ἀμήχανον. —Τὸν οἱ π.] τὸν ἄτην φησὶν ὑπερκάμασιν αὐτῷ· ἄτην ἢ εἶπε τὸν λίθον. —Πατὴρ] ὁ Ζεύς. —Τὸν —μενοινῶν] ὄγδοα λέβητα ἐπιθυμῶν ἀπὸ τῆς κεφαλῆς ἀπώσασθαι ἢ μὴ δυνάμενον, εὐφροσύνης ἀλάτας· ἀντὶ τοῦ, ἐν πόνοις ὄντι, προσδοκῶν ἀεὶ γὰρ κεφαλὴν αὐτῷ βληθήσεσθαι. Περὶ ᾗ τῆς τῷ Ταντάλῳ παλαιόσεως

ὕστερον

Nunc τὸ κλέος Πέλοπος ἄδοχμα τηλόθεν, *lucet è longinquo, longè coruſcat, in* δρόμοις τῶν O. *inter certamina Olympica:* quippe quæ in vicinis locis habentur: ut Ol. x, 29. ἀγῶνα ἔξαίρετον ἐν ἀρχαίῳ τάφρῳ πὰρ Πέλοπος βίᾳ Ἡρακλέης ἐθέσπετο. conf. Pauſan. V, 13. &c. HEYNE. Egregia ac certiſſima interpretatio! ubi vide plura.

269. 154—156. —ἵνα] *ubi.* &c. —ἀκμαὶ τ' ἰσχύος θρασύπονοι, *et vigores roboris indefeſſi.*

159—165. —τὸ δ' ἀεὶ παρέμμορον ὠλὰν,] *Atque hæc conſtanter permanens felicitas,* [ὠλὰν Dor. pro ὠλὴν, *bonum.*] ἔχεται ὕπατον π. β. *venit ſumma* i. e. *ſumma eſt quæ contingat ulli mortali.* Εμὲ, &c. *Me autem oportet illum* [Hieronem ſcil.] *coronare equeſtri lege* [i. e. quo modo decet illum qui victoriam equeſtrem reportaverit coronari] *Æolico carmine.* Sic Horat. —*Æolium carmen ad Italos deduxiſſe modos,* Lib. iii. Od. 30. v. 13. Ad quem locum ita doctiſſimus Jani: *Æolium carmen,* h. poëſin lyricam; quia primi apud Græcos magni poëtæ lyrici, quos imprimis imitabatur noſter, Leſbii, Æolicâque dialecto uſi. Conf. Lib. ii. Od. 13. v. 24. iv. 3. 12. et iv. 9. 12. item ii. 13. 24. Sic etiam T. Gray poëta verè ſublimis; in ipſo init. primæ Odes ſuæ Pindaricæ: *Awake, Æolian lyre, awake,* &c. ubi vide notam ipſius auctoris; et quæ ad locum annotavit Gul. Maſon, et ipſe eximius poëta.

165—170. —πίσσοιμι δ'] Ordo eſt: πίσσοιμι δ' ἀμιδαλοτρίπου κλυταῖσι πλυχαῖς ὕμνων μή τινα ἄλλον ἔχον τῶν γε νῦν [κατ'] ἀμφότερα, [μᾶλλον] ἴδρειν τε παλῶν, ἢ κυριώτερον [κατὰ] δύναμιν. *Mihi autem perſuadeo me celebraturum inclytis hymnorum ſtrophis nullum alium hoſpitem eorum qui nunc ſunt,* quod ad horum *utrumque* attinet, nimirùm *aut peritiorem rerum honeſtarum, aut præſtantiorem potentiâ.* Non hîc ſibi reſpondere putat Heynius τὶ et ἢ. Interdùm tamen ivenimus pro ἢ—ἢ, ἢ—ἢ—*aut—aut:* Undè colligimus eodem modo uſurpare licere τι—ἢ. Idem vir celeberrimus ante ἴδρειν ſubintelligit μᾶλλον.

171—174. Θεὸς ἐπίτροπος, &c.] Conſtructionem inſolitam eſſe putat Heynius —μήδεται ταῖς μερίμναις· nam μεδέσθαί τι vulgò dicitur, ut ſæpè apud Homerum. Proponit igitur: Θεὸς ἐπίτροπος ἐὼν ταῖς μερίμναις, μήδεται [αὐτῶν.]

174—179. —εἰ δὲ μὴ ταχὺ λίποι,] ſcil. σὶ ὁ Θεὸς i. e. ſi tibi favere pergit deus, &c. GEDIKE, probante Heynio. κεν ἱλάσσομαι κλείξειν [σὶ] σὺν Θεῷ ἄρμασι, [δ' ὃ σὺ δηλόσεις νικήσας. *Schol.*] ὑρῶν ὅτι γλυκυτέρας ὁδὸν λόγων, ἐπίκαιρον, *ſperem me celebraturum* te *cum quadrigâ celeri* [multò enim nobilior et illuſtrior erat victoria curulis quam equeſtris. GEDIKE.] *nactum viam adhuc jucundiorem verborum adjuvantem* me.

Alii

Alii interpretantur aliter. Vide Heynii Additamenta. τὸ δὲ Κρότωνος, ἀκροστίχιον τῆς Πίσης· περὶ γὰρ τὸν Κρότωνα λόφον ἄγεται τὰ Ολύμπια. *Schol.*

179, 180. —ἐμοὶ μὲν ὦν—] *Mihi quidem igitur Musa validissimum robore telum servat.* Loquitur de *vi poëticâ*, quam cum telis comparare solet. GEDIKE.

181, 182. —τὸ δ' ἔσχατον—] *Supremum autem fastigiatur regibus.* 270

182—188. μενέτω, &c.] μενέτω περίβλεπτος ἡ ζήτησις τῆς ὕστερον εὐδαιμονίας ἐν σοὶ μείζονα· ἔχεις γὰρ τὸ τέλειον, βασιλεὺς γενόμενος. —Εἰς σε] ὁ νῦν· ἕως ἂν σὺ μὲν τοῦτον τὸν χρόνον, ὃν ζῶμεν, ἐν ὕψει τῆς εὐδαιμονίας διεξῇς, ἐμὲ δὲ τοσαῦτα τοῖς ποιηταῖς διαλέγεσθαι, τοῖς ἱκανοῖς προφανῆ καὶ ἐπίσημον ὄντα διὰ τὸν σοφὸν ἐν τοῖς Ἕλλησιν. *Schol.* Noviſſimis verbis non ſatis confido. 184, ſqq. Vellem τοῦτον commodè pro τοιοῦτον dici poſſe, nec ambiguitatem propter χρόνον oriri. τοῦτον χρόνον, ſubſtituunt ſcholia ὃν ζῶμεν. At ex ſententiarum nexu hoc non conficitur; eſſet potiùs *ad tempus illud, quo victoriam curulem conſequuturus es.* Hoc tamen parùm placere poteſt. Expectes πάλαι χρόνον· τοσοῦδε grammaticè non poteſt eſſe niſi vel τοιούτου, vel pro τοσοῦτον; *eouſque ad illud uſque tempus.* HEYNE. *Noli ſpectare ulterius. Utinam et tu talis in ſublimi diu incedas; et ego inter tantos victores verſer, conſpicuus canendi arte inter Græcos ubique.* KOPPE. Conf. Horat. Lib. i. Od i. in fine.

---

* ΘΗΡΩΝΙ ΑΚΡΑΓΑΝΤΙΝΩ, Ἅρματι.] *Olymp. II.* THERONI AGRIGENTINO *curru victori.* Γέγραπται Θήρωνι Ἀκραγαντίνῳ, ἅρματι νικήσαντι τὴν ἑβδομηκοστὴν ἑβδόμην Ολυμπιάδα· ἦν δὲ ὁ Θήρων ἀπόγονος ἀπὸ Οἰδίποδος· ἐκδίδοται δὲ Γέλωνι τῷ τυράννῳ, ἐπειδὴ αὐτῷ τὴν θυγατέρα Δημαρέτην, ἀφ' ἧς καὶ τὸ Δημαρέτειον προσαγορευθὲν ταμίσιον· καὶ αὐτὸς δὲ ὁ Θήρων τῷ Πολυζήλῳ τῷ ἀδελφῷ Ἱέρωνι· ἔσχεν θυγατέρα, καθά φησι Τίμαιος· ἦν δὲ Θήρων υἱὸς Αἰνησιδάμου. *Schol.*

ARGUMENTUM.

Laudatur Theron Agrigentinus tyrannus, à victoriâ quam quadrijugo curru in Olympiis eſt adeptus; item à juſtitiâ, liberalitate, fortitudine, et majorum claritudine: quorum fortunam occaſione ſumptâ attingit. Tum digreſſiones ad Semelen, Junonem, Peleum, Achillem, alioſque intertexit: atque obiter loca Beatorum, et Damnatorum apud inferos deſignat. Tandem concludit Odam ſui carminis et Theronis liberalitatis laude. *Edit. Oxon.* 1697. *fol.*

Vers. 1. Ἀκλεῶ θέμισγες ὕμνῳ.] οἱ τῆς φόρμιγγος ἀπόστολοι. πρῶτον γὰρ τὰ ῥήματα συνέβαλλον· εἶθ' ὕστερον πρὸς αὐτὰ ἡ λύρα ἁρμόζεται. *Schol.* Est autem ἀποστροφὴ ad ipsos hymnos, vel potiùs ad Musam, hoc est, ὑπόμνων ποιητικὴν, cujus beneficio componebat hymnos quos excitare studet. Sicut etiam Horat. Lib. i. Od. 12. hæc imitatus, ad Clio accommodavit; *Quem virum, aut heroa, lyrâ vel acri Tibiâ sumes celebrare Clio, Quem deum?* &c. ubi, inverso ordine, ponit *Virum, Heroa, Deum*; contra quam Pindarus, θεὸν, ἥρωα, ἄνδρα. SCHMIDT. Vide doctissimum Jani, ad locum Horat. citatum.

7. Ἀκρίβαντα πολίταν.] πρὸς Λύγκου πολεμίους, τοὺς Ἡλείους τύραννον, ἢ ὑπάτους, ἐπὶ τῆς λαμπαγωγίας τὰς ἀπαρχὰς τῶν λαμπάδων προσαγαγὼν ἔλιπε τὸν ἀγῶνα. *Schol.*

271. 15. Καμείλης—] οἱ πρόγονοι τῶν Θήρωνος πρώτου μὲν ἦλθον εἰς Γέλλαν· κἀκεῖθεν εἰς Ἀκράγαντα. *Idem.*

23—25. Ἕδος Ὀλύμπου νίκαν,] διακοσίων τὸ ἕδαφος τοῦ ἁρματος, ὅπερ τὸν ἡνίοχον· ἢ τὸν κορυφὸν τῶν ἄλλων· τυπτίσι ἢ τὰ ἐξαίρετα ἆθλα τὰ ἐν Ὀλυμπίᾳ διδόμενα, ἢ τὸ ῥεῦμα τοῦ Ἀλφειοῦ, ὅπερ τὸν Ἀλφειόν. *Schol.* Alpheus enim præ ceteris fluminibus Jovi curæ cordíque esse credebatur. Vide Faus. V. 13. GEDIKE.

29—33. Τῶν ἦ πεπρασμένων, &c.] Hæsi in prioribus, quod justè et *injustè* facta de Theronis majoribus (nam de his agit. cf. c. 15.) prædicat. Verùm video interpungendum esse aliter et ἐν δίκᾳ ἢ παρὰ δίκαν referendum ad ſqq. *Ex præteritis mutari potest nihil ullo modo, nec per fas nec per nefas: à χρέους ἃ δύνατο ἐν δίκῃ ἢ παρὰ δίκαν θέμεν ἀπρακτόν τι τῶν πρὸ ἔργων.* HEYNE.

39. Ἕπεται ἦ λόγος—] ὅτος ὁ λόγος ἀκολουθεῖ, ὅτοι ἁρμόζει ἢ τοῖς τῆ Κάδμῳ πάρεις· μεγάλων γὰρ κακῶν τυχοῦσαι (Ἰνὼ, Σεμέλη, Λύτοιὴ, Ἀγαυὴ), πάλιν ἐκ μεταβολῆς μεγάλων ἀγαθῶν ἐπαύσαντο. διὸ ἦ τῶν Κάδμῳ θυγατέρων τὸ παραδεῖγμα φέρει, ἵνα ὁ Θήρων, ἄνδρ' ὐθαιῶ, εἰς λαῶν ἀνάγῃ τὸ γένος. *Schol.* εὐθρόνοις, i. e. quæ meliori antea fortunâ usæ, quasi *in solio felicitatis* collocatæ erant.—Sed possit etiam epitheton hoc referri ad præsentem filiarum Cadmi conditionem, vel ad earum divinitatem. GEDIKE.

272. 44—50. Ζεὺς μὲν, &c.] Primum exemplum Semeles, filiæ Cadmi, quæ fulmine interempta, in Divarum numerum fuit relata. Vide Ovid. Met. lib. 3. SCHMIDT. παῖς ὁ πυροφόρος] ὁ Διόνυσος. *Schol.*

51. Λίγυσὶ—] i. e. Λίγυσι— Secundum exemplum Inûs, alterius filiæ Cadmi, quæ furore correpta in mare se præcipitavit; sed in Nereidum numerum recepta est, et nunc Leucotheæ nomen habet. Vide Homer. Odyss. ε. et Ovid. Met. lib. 4. SCHMIDT.

55—61. Ἦτοι, &c.] Sic construe: Ἦτοι πᾶσαις θνατὰ βρο-

τῶν

τῶν ἕ τι κέκριται, *Certè terminus mortis* [i. e. mo'] *mortalium non omninò cognitus eſt.* ὐδὲ [κέκριται] ἐπότε τελευτήσομεν ἡσύχιμον ἡμέραν, πεδ' ἡλίου, σὺν ἀσφαλεῖ ἀνα'ῳ, *neque cognitum eſt quando finiemus diem tranquillum, filium Solis, integro cum bono.* παῖδα ϗ ἡλίυ— inquit Scholiaſtes, τὴν ἡμέραν καλεῖ, ἐπεὶ ὁ ἥλιος τὴν ἡμέραν γεννᾷ ἀνατέλλων.

63, 64. Εὐθυμιᾶν] Dor. gen. pl. pro εὐθυμιῶν. Δέλει ϗ ἀσπεῖν, ὅτι ὐχ οἷον τέ ἐςιν ἀνθρώπυς ὅλως ἀεὶ ἐν εὐθυμίᾳ διάγειν, ἀλλὰ πάντας ϗ ἀτέκτοις ἐπιτυγχάνειν, ἀνάγκη. *Schol.*

65. Οὕτω ϗ, &c.] *Atque ſic Parca quæ tuetur paternam eorum lætam fortunam, cum divinâ opulentiâ conjunctam,* eos *ducit ad aliquam contrariam cladem alio tempore.* Pro ἄγει Heynius legendum conjicit ἄγει, ut ſit temporis præt. imperf. —μόιμος υἱὸς. *fatalis filius*— Œdipus ſcil. Vide Soph. Œd. Tyran.

74. ἀδελφοκτονίᾳ] Ἐτεοκλῆς γὰρ ϗ Πολυνείκης ἀλλήλυς ἀπέκλεν. *Schol.* 273.

78. Νίοις ἐν ἄθλοις] non accipiàm niſi de *certaminibus juvenum*, nam oppon. μάχαι πολίων· Locus omninò Epigonos reſpicit: in quorum laudibus etiam ἀγῶνες, ut in laudibus etiam τῶν ἐπλὰ fuere.—Vide Eurip. Med. 48. HEYNE.

82—86. Ὅθεν σπέρματος ε ρ.] ἀφ' ὗ γένος τῷ Θερσάνδρᾳ ἔχυσι τὴν ῥίζαν οἱ περὶ Θήρωνα· τὸ ϗ γένος Λαΐυ ϗ Οἰδίπυδος ὁ Θήρων ἦτω κατάγει. Λαΐυ Οἰδίπυς· τύτυ, Πολυνείκης· ὗ Θερσάνδρος· ὗ Τισαμενός· ὗ, Αἰτεσίων· ὗ, Θήρας· ὗ Σάμος· ὗτος ἔσχεν υἱὰς δύο, Τηλέμαχον ϗ Κλυτιον· ὧν ὁ μὲν Κλύτιος ἤμεινεν ἐν Θήρᾳ τῇ νήσῳ· ὁ ϗ Τηλέμαχος κατῴκει ἐν χώρᾳ. ὅθεν συλλίξας δύναμιν ἔρχεται ἐπὶ Σικελίαν, ϗ κρατεῖ τῶν τόπων· ἐξ ὗ Χαλκιοπίς· ὗ Αἰσυνίδαμος· ὗ Θήρων. *Schol.*

* ΚΑΛΛΙΜΑΧΟΥ—] *Callimachi Cyrenæi Hymnus* IN JOVEM. Callimachus, Grammaticus et Poëta egregius, fuit ex urbe Libyæ notiſſimâ Cyrene. Battiades interdum vocabatur, non à nomine patris, ut quidam putant, ſed à Batto Cyrenes vel Cyrenarum conditore. Claruit circiter Olymp. CXXXIII. ante Chr. N. 247. Hermocratis grammaticis Jaſii diſcipulis fuit; et literas publicè docuit in Eleuſine Alexandriæ vico. Poſtea accitus eſt in Muſeum Alexandrinum, ubi plures eruditi homines regiis ſumtibus alebantur; ibique diu vixit Ptolemæo Philadelpho ejuſque ſucceſſori Euergetæ carus. Inter diſcipulos ſuos habuit Apollonium Rhodium, [de quo ſuprà ad p. 81.] è diſcipulo tandem inimicum factum, quemque famoſo carmine, cui titulus *Ibis*, diris devovit. Multa ſcripſit Callimachus ſermone tum ſoluto tum aſtricto; ſed pleraque breviora opuſcula; quia dicere ſolebat, [ut narrat Athenæus, init. lib. iii.] μέγα βιβλίον ἴσον εἶναι τῷ μεγάλῳ κακῷ. Ad nos tantùm pervenerunt VI Hymni, 72 Epigrammata, et multa Fragmenta. Quod de eo judicium tulit Ovidius à quibuſdam habetur nimis ſeverum: [Amor. Lib. i. 15. v. 13. 14.]

Battiades ſemper toto cantabitur orbe:
Quamvis ingenio non valet; arte valet.

Nam et fautores ſuos habet Callimachus; quos inter numeranda eſt doctiſſima femina Dacieria, ejuſque pater Tauaquillus Faber; à quo methodus ipſius ſcribendi ſuavis et polita judicatur, ſæpiúſque Catullo et Propertio adumbrata. Hymnorum Callimachi extat quoque feliciſſima imitatio, numeris Anglicis ſuaviſſimis expreſſa, à poëtâ doctiſſimo, atque enthuſiaſmo verè Græcanico afflato. Vide *Akenſide's Hymn to the Naiads.* Plura de Callimacho deſideranti indicabit Fab. Bib. Gr. Edit. Harleſii Vol. iii. p. 814, ſqq.

298. CALLIMACHI EDITIONES PRÆCIPUÆ.

1. *Florentina*, Editio princeps ſex hymnorum prodiit, ſtudio Laſcaris, literis majuſculis, Græcè, ſine indicio loci et anni. Conſtat tamen *Florentiæ* excuſam, ante ann. 1500. *in 4to.*

2. *Stephaniana* prior; inter H. Stephani poëtas principes heroici carminis. *Paris.* 1566. *in fol.*

3. *Stephaniana* poſterior; cum Schol. Gr. &c. *Genevæ.* 1577. *in 4to.*

4. *Pariſina*; cum notis Annæ Tanaquilli Fabri filiæ, &c. 1675. *in 4to.*

5. *Ultrajectina*; ex recenſione Theodori Grævii, cum notis Rich. Bentleii, et commentario Ezech. Spanhemii, &c. 1697. 2 *Voll. in 8vo.*

6. *Glaſguenſis*; apud Rob. et And. Foulis, 1755. *in 4to.*

7. *Lugdunenſis*; cum variorum notis, et commentario Ezech. Spanhemii. Curavit Jo. Aug. Erneſti. *Lugd. Bat.* 1761. 2 *Voll. in 8vo.*

8. *Florentina*; curavit Ang. Mar. Bandinius, J. U. D. *in 8vo.*

9. *Lipſienſis*; repetitio textûs Erneſtiani, ſine notis, cum indice, curâ Chriſt. Frid. Loëſneri; 1774. *in 8vo.*

10. In Brunckii Analectis Veterum Poëtarum Græcorum, *Argentor.* 1772. *in 8vo.* p. 423—475.

11. *Bodoniana*; cum verſ. Paguini, literis majuſculis, in aliis exemplaribus literis minuſculis. *Parmæ*, 1792. *in fol. et in 4to.* [Vide plura in Fab. Bib. Gr. ubi ſupr.]

Ver. 1. ΖΗΝΟΣ ὖιι, &c.] Ordo eſt: τί ἄλλο ναι ὖιι [Poët. pro ὖῆι] λαΐϊον ἀείδειν παρὰ σταυλήϊσιν Ζηνὸς, ἢ Διὸν αὐτὸν, &c. Πηλαγόνων [à nominat. πηλαγὼν, ονος,] reſtituit Callimacho ex Etymol. magno, pro vulgato Πηλογόνων, vir ſummus R. Bentleius. Cæterùm Πηλαγόνες, παρὰ τὸ ἐκ Πηλῆ γενέσθαι, ſunt *gigantes*. [Conf. Hor. lib. iii. Od. 7.] —*Iunonis ἐρεμνὸν ἰηνὶ; jura dantem cœlicolis?*

4. ΔΙΚΤΑΙΟΝ—] Κρῆτα· Δίκτη γὰρ ὄρος Κρητός. ΛΥΚΑΙΟΝ —Αρκάδα· Λυκαῖος Αρκαδίας ὄρος. *Schol.*

5. —*ἐπεὶ γένος ἀμφίρριστον.*] *quoniam de loco generis controverſum eſt.* Nam γένος eſt hîc, *locus natalium* vel *patria*.

6. Ἰδαίοισιν—] Ἰδη ὄρος Κρήτης ἡ Τροίας· τῶν δ' τὸ Κρήτης φησί. *Schol.*

299. 8. Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται.] Conf. Pauli Epiſt. ad Tit. i. 12. Citat hæc Paulus è Poëtâ Cretenſi Epimenide.

10. —*Παῤῥαϛίῃ*] Ορος Αρκαδίας, τὸ Παῤῥάσιον τῆ Λυκάονος. *Schol.* Εν δὲ τω— verte: *In Parrhaſio verò te Rhea peperit, quæ*

quâ parte mons iſte *maximè denſus* [denſiſſimus] *eſt virgultis.* 299.
Cæterùm Arcadia ipſa interdum dicitur Parrhaſia.

12—14. —οὐδέ τι μὴν, &c.] Ordo eſt: οὐδὲ μήν τι ἑρπετὸν κισχεμένου Εἰλειθυίης, οὐδὲ γυνὴ ἐκμείσγεται· *neque profectò aliqua fera indigens Lucinâ*, [i. e. ullum pregnans animal,] *neque mulier adit.* Pro ἐκμείσγεται vulgaris lectio eſt ἐκνίσσεται, quod vocabulum magnus Bentleius nunquam alibi legiſſe memmerat; ideoque alterum illud prætulit ex editt. Aldi et Frobenii. Occurrit tamen apud Hom. non ſolùm νίσσομαι, ſed et μετανίσσομαι. [Vide Iliad μ, 119. π, 779. et alibi: item ποτινίσσομαι, quod eſt πρόσσιμι. [Il. ι, 381.] Vide νίσσετο infrà v. 25. De κισχεμένου vide ſuprà ad Odyſſ. α, 13. De ἑρπετὰ appoſitè Didymus: ἑρπετὰ κυρίως μὲν οἱ ἕρπεις· καταχρηστικῶς δ' οὖν πᾶσὰ θηρία. Atque Th. Grævius, ex patris obſervatione, "Callimachi eſt," inquit, "ſententia, nullum "aliud in illo loco, ubi natus eſt Jupiter, animal, nullam "mulierem peperiſſe. Ἕρπειν apud Dores, ut ſæpiſſimè apud "Theocritum, eſt *ire, incedere*, ut non mirum ἑρπετὰ dici "animalia non modò quæ ſerpunt, ſed incedunt." ἀλλὰ Ἀπιδανῆς καλέουσι ἢ ἀγύγιον λεχοῦς Ῥέης. *Sed Apidanes* [i. e. veteres *Arcades*, ſic dicti à quodam Apide qui in Peloponneſo olim regnaverat] *vocant eum antiquum Rheæ parientis lectum.* Ωγύγιος hîc ſignificat *antiquus*, ab Ogyge ſcil. rege antiquiſſimo. λεχὼ, *puerpera*; undè λεχώιος, *ad puerperium pertinens.*

15. —μεγάλων ἀπεθήκατο κολπῶν,] i. e. ἐθήκατο ἀπὸ μεγάλων κόλπων. *depoſuit ex magno utero.* περιφραστικῶς pro ἔτικτε.

17. Λύματα—] Καθάρματα· τὸ δ' χυτλώσαιτο, ἀντὶ τοῦ ἀπολάσαιτο. *Schol.* Conf. Il. α, 312. Ordo eſt: ὑὸ δ' ἂν κε χυτλώσαιτο λύματα τόκοιο, λούσαι δ' τιὸν χρῶτα· λούω, [idem quod λάω] f. λούσω, in 3. ſing. aor. 1. opt. λούσαι, et redupl. σ, λούσασαι.

21—24. —τημόσδε] Conjunctio poëtica, *tunc*; ὅτε Ῥέη ἐλύσατο μίτρην, *quandò Rhea ſolvit zonam*, quod apud veteres bis fieri ſolebat; "ſemel," ut obſervavit Meurſius, "virgini "in primo cum marito concubitu; iterùm mulieri ſub primi "partûs tempus." [Vide Apoll. Rhod. Lib. i. 288.] ἧ ὑϊερὸς Ἰάων ἦειρεν πολλὰς σαρνίδας ἰφύπερθε, *ſanè aquoſus Iaon efferebat multas quercus deſuper*, i. e. locus, ubi poſtea fluebat Iaon, multas produxit quercus, —πολλὰ δ' κινήσατο ἴδαλοῦσι ἐλυὺς ἄνω Καρνίωνος περ ὑΐλος διερῆ, *et multæ feræ conſtruxerunt luſtra ſupra Carnionem quamvis* nunc *flumen*: νίσσετο δ' ἀνὴρ—*ibatque vir aliquis*, &c.

26. —πολύσιόν τε Μετώπην] *Scrupoſámque Metopen*— Vitioſam, putat πολύσσιον vulgarem ſcripturam Bruncknius, quæ ex eo originem habet, quod librarii ſæpiſſimè σ longam per ϛ ſcribebant.

33. —Νίδῃ] Ὥσπερ νύμφης Ὠκεανίτιδος, Θρεψαμένης τὸν Δία. *Schol.*

34. Κυθμὸν ἐς Κρητῆσιν.] Non dubitat Ernestius hanc veram esse lectionem, pro vulgari Κυθμὸν ἔσω Κρ.

35. Πρεσβυτάτῃ Νυμφίων, &c.] Nedæ *maximè venerandæ Nymphārum*,— [Hesych. Πρεσβυτάτη. ὑψηλοτάτη.] *quæ ipsi* [Rheæ scil.] *obstetricatæ sunt*. Quidam tamen contendunt μιν ad Jovem referri, et μαιώσαιτο hîc reddi debere *nutriebant*.

38. —τὸ μὲν ποθὶ] Vocem ποθὶ non pro ποτὶ accipio, id est, *olim*, sed pro πυ, quam παραπλεχματικὴν esse notum est. STEPHANUS. ποθὶ, si genuinum esset, nemo dubitat quin pro πυ positum esset. Plus quam παραπλεχματικὸν est. Suspicor, legendum τὸ μὲν μάλα πυλὺ— adjectivum πολὺς ubicunque intenditur significatio, comitem ferè habet μάλα. BRUNCK.

300. 40. —Νηρῆϊ] Νηρεὺς, -ῆος, Ion. -ῆος, Deus maris, hic pro ipso mari. Uxor ejus erat Doris, filiæ autem Nereides. Quæ sequuntur sic construe cum H. Steph. Υἱωνοὶ δὲ Λυκαονίης ἄρτιον πίνουσι μιν—παλαιότατον ὕδωρ. *Nepotes autem Lycaoniæ ursæ potant illum fluvium—aquam antiquissimam.* Cæterùm de Lycaoniâ ursâ ita Schol. Τῆς πρώην λεγομένης Καλλιστῦς, Λυκάονος ϑ θυγατρὸς· ἣ ὑπὸ Διὸς μεταβληθεῖσα εἰς Ἄρκτον, γενέται ὁ Ἀρκὰς, ἀφ' οὗ οἱ Ἀρκάδες.

44. Τυτάκι] Τὸ τυμπανῦτα. *Schol.* ὀμφαλὸς ἀπέτμησέ τοι, *omphalus* [i. e. *umbilicus* seu *funis umbilicalis*] *tibi decidit*.

46—48. —Κυβεβάσιλον ἕταιραι] Socias Corybantum appellat Melias, quia Meliæ dicuntur arborum nymphæ, quæ utique in sylvestribus degunt locis, non secùs ac ipsi Corybantes. ROBORTELLUS. Προσεπηχήνατο, εἰς τὰς πύχας ἴλαθον.—Ἀδελφεὰ, ἀδελφὴ Κυρήτων —Λίκνον δὲ, ἐν γὰρ λίκνοις τοπαλαιὸν κατακοίμιζον τὰ βρέφη, πλῦτον ϑ καρπὸν οἰωνιζόμενοι· λίκνον δὲ, τὸ καθαρτικὸν, ἢ τὸ κυνίον, ἐν ᾧ τὰ παιδία τίθασιν. *Schol.* σὺ δ' ἐφέπεσο πίονα μᾶζον, &c. *tu autem suxisti pingue uber*— Φάω, f. Φάσω. *præbeo et porrigo aliquid fruendum*; undè in voce med. *fugo*.

49. —Ἀμαλθείης] Οὕτως ἐκαλεῖτο ἡ αἰξ τὸν Διὰ θρέψασα. λέγεται ϑ ἀπὸ μὲν τῆς ἑνὸς κέρατος ἀμῦρσαι ῥεῦμα, ἀπὸ ϑ τῆς ἄλλης πηγάς. *Schol.* [Cf. Ovid. Fast. Lib. V, 115.] ἐπῶρας δὲ, &c.

50. —ἐξαπίνης] Τυτίσιν, ἐξαίφνης ὑγίεντο ἡ Ἰδαία πλαία μελίτης. *Schol.* Cæterùm his verbis τά τι κλέουσι Πάνακρα offendit, undè apem vocaverit Panacridem.—Existimo autem Πάνακρα ὄρη dicta, à summâ altitudine, ut πᾶν hoc in nomine sit augentis, sicut in aliis quibus est præfixum. STEPHANUS.

52. Οὖλαι] Adverbialiter hîc sumitur. Videtur autem esse ab ὀλοὸς, *perniciosus*: unde reddi potest *vehementer, strenuè*. —Κύρητες ἀρχήσαντο πρύλιν περί σε. *Curetes saltârunt pyrrhicham circa te*. "Πρύλις," inquit Meursius, "Cypriorum linguâ "saltatio armata dicebatur, quæ alias πυρρίχη.—Sanè πρυλὶν "Hesychius quoque πυρρίχην interpretatur. Pyrricha verò "saltatio

" ſaltatio apud veteres nobiliſſima erat, memineruntque ejus 300.
" auctores plurimi. " Vide Coll. Gr. Min. ad p. 94. n. 4.

55. —*ἤξεν*,] Idem quod *ἤξε*, imperf. ab *ἀέξομαι*, *creſco*, in act. voce *ἀίξω*, idem quod *αὐξάνω*, *augeo*. —*ἴτραφις* autem hîc ſumi videtur in ſenſu intranſitivo, Angl. *didſt thrive*. Putant tamen viri eruditiſſimi vocem eſſe activam pro paſſivâ poſitam, *ἴτραφις* ſcil. pro *ἴτραφης*, *nutritus es*; et citant ex Hom. Il. ε, 55. *ἰτραφέτην ὑπὸ μητρὶ*, et Od. γ, 28. *τραφέμεν*, idem ſcil. ac *τραφῆν*. Eſt vero *ἰτραφέτην ὑπὸ μητρὶ*, Angl. *thrive under their mother*; ubi ſermo eſt de pare leonum; et aor. in ſenſu maximè indeterminato reddi poſtulat per tempus præſ. ut notum: et præterea, ſi *ἰτραφέτην* eſſet pro *ἰτραφήτην*, præp. *ὑπὸ*, ni multùm fallor, genitivum adſciſceret. In loco etiam citato Odyſſeæ —*γυιόθαι τε τραφέμεν τε* poſſunt reddi *natumque eſſe atque creviſſe*. Opinatur doctiſſimus meus amicus Th. Burgeſs, probabile eſſe iſtum activæ formæ uſum vetuſtiſſimis temporibus creberrimum fuiſſe. [Append. ad Daweſii Miſcell. Crit. p. 388. ubi vide plura.] Quæ idem vir egregius tradidit infrà [p. 493. ſqq.] de verborum ſenſu neutro, deque pronomine reciproco ſubaudito, lectu ſunt digniſſima; quibus, ſi vis, quæ et nos breviter notavimus potes adjungere, Vol. I. ad p. 3. n. 7. p. 39. n. 4. p. 86. n. 8.

56. —*ἀνήβησας*,] *Ἀεξίδαι* ad *infantem* refero, *τείρειν* ad *puerum*, *ἀνήβᾶν* ad eum *qui ad pubertatem contendit*; et ſequentia *puberis facti* ſunt ſigna. Optimè *ἀν-ήβησας*, *pubertatem aſſecutus es*, *puber es factus*: nec abundare videtur *ἀνὰ*, ſed eam vim habere, quæ ſignificatur noſtro, *grown* UP. BURGESS.

57. —*ἐφράσσαο πάϊλα τίλεια*·] *excogitaſti omnia perfecta*, i. e. ut Steph. interpretatur, *cogitaſti omnia tanquam adultus*, vel ut Erneſtius, *virilem animum habuiſti*. *Φραζόμαι* in voc. med. eſt *excogito*, *delibero*. aor. 1. med. *ἐφρασάμην*, *ἐφράσατο*, eliſo *σ* *ἐφράσαο*, redupl. *σ* more poët. *ἐφράσσαο*, poſt contractè *ἐφράσω*.

59. —*ἐκιδαίσιον*] Vis verbi *Ἐκιδαίσιος* omnes fefellit. Eſt autem *οἶκος ἐκιδαίσιος*, *domus ad epulandum accommodata*, *ſive ad vitam beatè et bilariter tranſigendam*. Quod dii ſcil. faciunt. TOUP, Emendatt. in Suid. p. iv. ubi vide plura.

60. *Δηναιοὶ*] *Priſci*, &c. Vide Il. ε, 407.

61. *Φάντο πάλον*, &c.] Ordo eſt: *ἐφάντο πάλον διανεῖμαι δόματα Κρονίδαο τείχη*, *dixerunt ſortem diviſiſſe ſedes Saturnidæ trifariam*.

64, 65. —*τὰ δ'*, &c.] Sic conſtrue: *τὰ δὲ δάχυσι τόσσον ὅσσον* [*ἐγὶ*] *πλέονες*, *illa autem differunt tantum quantum eſt plurimum*, i. e. *maximè*. Vide ſuprà ad p. 217. v. 45. *Ψυδοίμην*, &c. cum Erneſtio ſic interpretare. Si mentiri vellem,

tamen *mentirer quæ probabilia eſſent auribus:* hæc autem nullam veriſimilitudinis ſpeciem habent.

66. —ἰσσῖνα] Ἐστιν κυρίως ὁ βασιλεὺς τῶν μελισσῶν· τὸν ᾗ ὁ τῶν ἀνδρῶν. *Schol*

70. Εἴλεο δ' αἰζηῶν ὁ τι φέριστον·] *Delegis autem quodcunque præſtantiſſimum eſt juvenum,* i. e. *præſtantiſſimos juvenum.* Sic Iliad. β. 66c. —ἄρσα πολλὰ διαπρέψαν αἰζηῶν. Ad quæ Euſtath. Τὸ ᾗ διαπρέψαν αἰζηῶν, τουτον ἐστι τῷ βασιλικῶν ἀνδρῶν, οἷς δηλαδὴ πόλεις ἀνάκεινται. Et obſervavit doctiſſima Dacieria, Heſiodum hominem quadragenarium αἰζηοὺς vocare, L. ii, 59.

72. Ἀλλὰ τὰ μὲν, &c.] *Sed hæc quidem diis minoribus permiſiſti alia aliis curanda,*— ἀλίζων, Æol. compar. ab ἀλιγ⊙. ἐπιπαρέηκας, ſic pro vulgato αὐτὶ παρέηκας dedit Valck. ad Eur. Hipp. p. 178.

301. 75. —τι δ' ὁ κρατέοντες ὑπ' ἰσχύν;] Sic ſolent aulici adulari reges.

76, 77. Αὐτίκα] *Exempli gratiâ.* [Vide Erneſtium ad Xenoph. Mem. iv, 7. 1.] —ἰκαλῆας ᾗ Χιτῶνας Ἀρτεμιδῶ, *venatores autem Chitones Dianæ.* Diana dicta Χιτώνη, ἀπὸ τῆ δήμε Ἀτλικῆς ejus nominis, ubi ſtatua lignea ei poſita erat.

80—84. —τῷ ἢ σφι τὴν ἐριπλεα λάξει.] *Quare et illis tuam adjudicas ſortem: ipſe autem ſedes in ſummis urbibus inſpector* —τι [τῶν] οἳ ἰθύνουσι λαὸν ὑπὸ σκολιῆς δίκαις, τε [τῶν οἳ ἰθύνουσι λαὸν] ἴμπαλιν, *et eorum qui regunt populum iniquis judiciis et qui contra:* [ἐπόψιος hic activè ſumitur, *inſpector;* apud Hom. verò paſſivè, *qui conſpicitur.*] ὄλβοις ᾗ ἐπιφρασαι ἐν σφίσιν, &c. *et illis largiris divitias et opes affatim;* ubi notandus aor. in ſenſu maximè indeterminato. Vide Vol. I. ad p. 19. n. 6.

85, 86. —ἴσκει ᾗ, &c.] Licet autem *hoc conjicere in noſtro rege;*— [Ptolemæo ſcil. illo Philadelpho] *is enim longè alios prætergreſſus eſt.*

87. —τά κεν ἦρι νοήσῃ.] *quæcunque manè excogitaverit:* [Ita legendus hic locus, pro τά κεν ἠοῖ, &c. quæ verſum perſundant; ut dudùm viderunt eruditi, approbante Brunckio, confirmante Toupio, in Addendis ad Theocr. pag. 401.] Quæ autem ſequuntur ſic conſtrue: ἑσπέριος [τελεῖ] τὰ μέγιστα [τά κεν νοήσῃ ἦρι] ᾗ [τελεῖ] τὰ μείονα αὖτε νοήσῃ. *Veſperi perficit maxima, quæ cogitaverit* manè, *perficit autem minora, ſtatim ac ea excogitaverit.* Οἱ ᾗ [τελέουσι] τὰ μὲν πλεῶσι, τὰ ᾗ ἐχ ἑτ. *Ii autem* perficiunt *alia quidem anno, alio autem non uno anno:* ἀπὸ τῶν ᾗ αὐτὸς πάμπαν ἐκόλυσας ἄνην, *ab aliis ipſe omninò adimis affectionem,* ἐπέκλασας ᾗ μενοινὴν, *et eorum frangis animi impetum.* ἐπέκλασσας ſcribi debuit cum duplice σ, ut Brunckius rectè monuit. Vide Od. ζ, 128.

93. Οὐ γάρ', ἠμὶ ἔγωγε·] Pravâ interpunctione laborat hic verſus.

verſus. ' Scr. Οὐ γάπτ', ὐκ ἔϛαι, τίς κεν Διὸς ἐϛμαϲ' ἀέϑϖν· τίς poſitum eſt poſt pro ὡς, quo de videndus Bentley ad Callimachi ipſius Epigr. XXX. editionis Erneſti. BRUNCK. Vide quoque doctiſſimum Burgeſs, ad Dawes Miſc. Crit. p. 393. ſqq.

95. Οὔτ' ἀρετῆς ἄτης, &c.] Similis ſententia ſæpè occurrit apud veteres.

---

* ΕΙΣ ΛΟΥΤΡΑ, &c.] IN LAVACRUM PALLADIS. Ex vivi 302.
ἡμέρᾳ ἀρϊσμάτη ἦϑος εἶχον αἱ Ἀργεῖαι γυναῖκες λαμβάνειν τὸ ἄγαλμα τᾶς Ἀθανᾶς, ϗ τὸ Διομήδης, ϗ ἄγειν ἐπὶ τὸν Ἴναχον, κἀκεῖ ἀπολύειν. *Schol.* Hoc poëmatium Doricè ſcriptum eſt, quia tunc Argis erat Callimachus: ideoque cuncta illi gratificari volens ejus dialecto utitur: neque perpetuò Ægyptum aut Cyrenen incoluit, nam et in Siciliâ vixit. DACIERIA.

Ver. 2, 3. —τᾶν ἵππων, &c.] *equos ſacros jam hinnientes audivi, τᾶν φρυασσομένων*, &c. Dor. pro τῶν φρυασσομένων, &c. ϗ ἁ Διὸς ϑύτνια ἔρπει, *et dea benè ornata incedit.* De ἔρπω vide ſuprà ad Theocr. Idyll. xviii, 40. p. 244.

4. Σᾶδές νιν,] Ὀρμᾶτι. *Schol.* σᾶδες pro σαίδες, à σάω, *ſervo, in fugam verto.* νιν, ſine accentu circumflexo, idem quod δή.

5. —μεγάλως ἀπιόψατο πάχνις,] *amplos lavit lacertos.* μεγάλως Dor. pro μεγάλως. Obſervent diſcentes aor. med. in ſenſu maximè indeterminato. Παχῆς, inquit Schol. ἀπὸ μέρους τὸ ὅλον.

6. —ἰπποῦσαν] Dor. pro ἱππόων.

7, 8. Οὐδ' ὅπα δή, &c.] *Ne tum quidem* [lavit lacertos ſcil.] *cum cruore fœdata omnia ferens arma, ab impiis rediit gigantibus.* [λύθρῳ πεπαλαγμένα Homerica ſunt, Il. ζ, 268.] Vide Hor. L. iii. 4. 53, ſqq. et ibi doctiſſimum Janium.

10—12. —παγαῖς ἴκλυσιν, &c.] *undis abluit Oceani ſudorem et guttas*, i. e. ſudorem ſtillantem: [ἴκλυσιν à κλύζω, *abluo.* Ωκεανῶ genit. Dor. ἰδρῶ per apocop. pro ἰδρῶτα.] ἰφοιβάσσιν ϗ πώλια παγύλια ἀφρὸν ἀπὸ χαλινοφάγων ϛομάτων. Angl. *and waſhes away all the clotted foam from their bit-champing mouths.* ἰφοιβάσσιν, Dor. pro ἰφαίβησιν, à φοιβάω.

17. —κάτοπλον·] Neſcio undè petita ſit hæc lectio, quam meritò damnat Spanheim. Ad manum nunc habeo editiones Ang. Politiani, Aldi Manutii et Benenati, in quibus omnibus κάτοσλον, quod procul dubio reponendum. BRUNCK. —ἄμμα τὸ τήνας, i. e. τὸ ὅμμα ἐκεῖνης.

18—20. Οὐδ' ὅκα, &c.] *Nec quandò in Idâ Phryx judicavit litem,*— [ἰδᾷ pro ἰδᾶι, eſt ex conjecturâ R. Bentleii. Judicium Paridis etiam pueris notum.] μεγάλα θεὸς ἴλαϑι νιν

ὡς

ἐς ὀρειχάλκου, ἢ ἐς διαφαινομένην δίνην Σιμοῦντος, *magnæ deæ inſpexit vel orichalcum, vel pellucidum vorticem Simoëntis.* Orichalcum æris genus pallidius fuit, ut è Virgilio colligendum eſt. Æn. xii. 87. [ubi vide Heynium; item ad Ecl. ii, 25.] Apud Græcos et Romanos antiquiſſimos laudatiſſima erat ſpeculorum materies.

23—26. Ἀ δὲ,—] *Ipſa autem, διαῤῥήξασα δὶς ἑξήκοντα διαύλους, οἷα τοι Λακεδαιμόνιοι ἀστέρες πατρὸς Εὐρώτα, λαμπόντων λιτὰ χρίσματα, ἔλαιον τᾶς ἰδίας φυταλιᾶς, ἐτρίψατο ἰσπερέριον, emenſa bis ſexaginta diaulos,* [διαύλος *duplex ſtadium*, eundo ſcil. et redeundo. DACIERIA.] *ſicut ad Eurotam Lacedæmonii ſidera,* [οἱ Διόσκουροι ſcil. quos vocat Hor. *lucida ſidera*] *aſſumtis puris unguentis nati in proprio horto,* [i. e. aſſumto puro oleo, &c. Olea nempè Palladi ſacra.] *infricat ſcitè.* Conf. Iliad. ξ, 170, ſqq.

27, 28. —τὸ δ' ἔρευθος ἀνθέρικος,] *rubor autem ei recurrit,* [ἐκείνη ἐχούσῃ τοιαύτην] χροιὰν οἵαν ἢ ῥόδου πρῶϊν, ἢ κόκκος σίδου ἔχει, *habenti talem colorem qualem aut roſa matutina, aut granum mali punici habet.*

303. 29. —ἄρσεν—ἔλαιον,] *maſculum oleum*, ita hîc appellatum, quo fricantur et ſimul validiores redduntur athletæ. SPANH.

34. —Ἀκισορίδαι.] Ἀκισορίδαι, φυλὴ ἐπίσημος ἐν Ἄργει. *Schol.*

35—39. Ω Ἀθάνα,] i. e. Ω Ἀθήνα,—φέρεται δὲ καὶ ἡ Διομήδους ἀσπὶς, &c. Ex hoc loco apparet, apud Argivos, una cum Palladis ſimulacro mos fuiſſe ut *Diomedis Clypeus* ad Lavacrum ſeu Inachum fluvium, ibi quoque abluendus, ſtato ac ſolenni die deferretur: uti notavit doctiſſimus Spanhemius. —τὸν Ion. et Poët. pro σὸν. —τὸν ἱρὸν ἄγαλμα— Vide Heynii Excurſ. ix. ad Æn. Lib. ii.

41, 42. —ἀποῤῥώγασιν—ἐν πέτραις] Ἐν πέτραις ἐβρυχήσατο. *Schol.* Παλλάτι δὶς— à recondito nempè ibi Minervæ ſimulacro, ſeu *Palladio* id nomen in poſterum hic Argolidos ſcopulus nactus. SPANHEIM.

45. —μὴ βάπτεται·] Intellige κάλαθος ἐς Ἶναχον. ERNESTI.

47, 48. —Φυσαδίαν—Ἀμυμώνην—] *duo rivos*, quarum poſteriorem poëta vocat, τὴν Δαναΐδα, *filiam Danai.*

50. —φορβαίην—ἐξ ὀρέων,] *è montibus pabulo lætis, paſcuis abundantibus.* DACIERIA.

52. Φρέαρα,] *Cavè,*— Vide ſuprà ad Theocr. Idyll. ii, 69. p. 223.

54. Τὸ Ἄργος ἰσοψήφιστον] i. e. Τὸ Ἄργος ἰσοψήφιστον.

304. 69. Καὶ κε—εἶναι, &c.] *quamvis eſſet dilecta ſodalis Minervæ.* εἶναι pro ἦεν.

70. —λυσαμένα—λᾶϊν·] λυσαμένα dualis eſt numeri, quia conſtruitur cum λᾶϊν.—Legendum eſt λᾶε, nam in ſuperiori verſu eſt λυσαμένη πτερύγας, niſi λυσαμένα ſit in duali; nam tunc

λᾶϊν

λῶῖλο retinendum, quod pro ἐλάοῖλο, λάοῖλο, λῶῖλο. DACIERIA. Ἵππου ἐπὶ κρήνης, i. e. ἐφ' Ἱπποκρήνῃ, in *Hippocrene*— Poſt hunc verſum, inquit Brunckius, inſertum legitur vulgò diſtichum manifeſtò ſpurium.

72. —μεσαμβρίᾳ—] Vulgò μεσαμβρινὰ· ſed corripitur ι in μεσαμβρινὰ. Vide Theocr. i. 15. Contra apud eundem vii, 21. legitur Σιμιχίδα, πᾷ δὴ τὸ μεσημέριον ποδὰς ἵλαξες; Diſtichon autem, quod omiſit Brunckius, ineptum quidem eſt; tamen in hoc poëmate repetitio ejuſmodi ſæpè occurrit. T. YOUNG.

76. —τὰ μὴ θήμις ἴδς.] ἴς pro ἴν Dor. Vulgò τὰ μὴ θήμιδες.

89. —δάμνας ὀλίσσας, &c.] *pro damis amiſſis et paucis capreis lumina pueri habes.*

91—94. Πάχεσιν—] Sic conſtrue: μάτηρ μὲν περιλαβοῦσα φίλον παῖδα ἀμφοτέρῃσι πάχεσιν ἔσχε οἶτον γεραῖ᾽ ἀηδονίδων, *mater quidem amplexa ſuum filium utriſque brachiis, habuit infelix fatum flebilium luſciniarum;* " hoc eſt, " ut obſervavit Th. Grævius, " lugubri conqueſtione filium deplorans ad inſtar " luſciniæ. Cantus enim luſciniæ apud veteres proverbio " locum dedit, quo utuntur de maximè triſtibus. " Pro Πάχεσιν ἀμφοτέρῃσι, lectio vulgato eſt Ἃ μὲν ἐπ' ἀμφοτέρῃσι, quam doctiſſimus Valckenaer corrigendam propoſuit; et ἔσχε pro ἄγε eſt Brunckii ex loco Homerico, Iliad. ι, 559.

98—100. —Κρόνιοι δ' ὧδε λίγουσι νόμοι·] *Sed Saturniæ leges* 305.
ita declarant: [λιγοῦσι Dor. pro λίγυσι.] —μισθῷ τῶτον ἰδεῖν μεγάλῳ, Angl. *that the fight coſts him dear.*

106. Πέσσα δ' Ἀρισταῖος,] Ἀκταίων, υἱὸς Αὐτονόης καὶ Ἀρισταίου ὃστις ὑπὸ τῶν ἰδίων κυνῶν ἐσπαράχθη, διὰ τὸ τὴν Ἄρτεμιν ἰδεῖν λουμένην. *Schol.* Autonoë autem filia erat Cadmi, ideoque Cadmëis dicta. Vide Coll. Gr. Min. p. 21.

112. —ἀλλ' αὐταὶ τὸν πρὶν ἄναλτα, &c.] *Sed ipſi dominum antè ſuum canes tum comedent:*—De canibus loquentes Græci vulgò utuntur fem. gen. ut notum. δειπνασιῦῖλι Dor. pro δειπνήσουσι, ut χυσιῦῖλαι paulò ſuprà pro χυσοῦλαι, et infrà λαξῆται pro λάξεται, *colliget;* vulgò δέξεται, *accipiet.*

118. —μεγᾶῖλι] Dor. pro μεγᾶσι.

121. —ὃς αἴσιος,] *quicunque fauſtus eſt,* [ales ſcil.] οἵ τε πέτοῦλαι ἤλιθα, *et quicunque volant temerè.* ἤλιθα Schol. μάτην.

124. —Λακεδαιμόνιος.] Vide ſuprà ad Soph. Œdip. Tyr.

129. —Ἀγησίλᾳ.] Eadem ſignificatione quâ Ἀγησίλαος, di- 306.
citur etiam Ἀγησίλας: quæ terminatio magis convenit linguæ Doricæ. STEPHANUS. μεγάλῳ Ἀγησίλᾳ, *magno populorum ductori,* Diti ſcil.

131. —πατρῴϊα πάντα φέρεσθαι.] *ut communia omnia cum patre haberet.* Vide Iliad. α, 526.

133. —μάτης δ' ὕτις ἔτιμῖλι θυάν.] undè et ἀμάτης dicta eſt. Vide Coll. Gr. Min. p. 48.

135.

135. ψεύδεα·—θνητῆς.] Lacuna eſt in hoc diſtichо. MSS. Codd. addiderunt ψεύδεα, cætera è conjecturâ ſupplevit Brunckius.

138. —σύν τ' ὀλολυγμοῖς.] *cumque vociferationibus.* κάδω, Dor. pro κήδω, à κηδόμαι, *curo.*

141. —τὴ Δαναῶν κλᾶρον ἅπαντα σάω.] *et Danaorum fortunam omnem conſerva.* σάω per apocop. pro σάωζε.

*** Hanc elegantem Callimachi hymnum verſibus Glyconiis Latinè adumbravit celeberrimus Gul. Jones, anno ætatis decimo ſeptimo, priuſquam Politiani Miſcellanea legerat, qui verſibus elegiacis eundem quoque Latinè reddiderat. Vide Poëſ. Aſiat. Comm. App. p. 532.

II. NOTÆ IN SENTENTIAS.

307. * SENTENTIÆ.] Hæ γνῶμαι, ſive *Sententiæ*, deſumtæ ſunt ex Poëtis Græcis, qui vulgò vocantur *Gnomici*; et à quibus vitæ præcepta utiliſſima traduntur, formâ orationis brevi ac ſimplici, nec tamen invenuſtâ. Harum reliquiarum, tametſi ſæpiùs typis deſcriptæ ſint, quum Brunckius vir doctiſſimus editionem accuratam et venuſtam nullam viderat, veteris ſapientiæ, Græcæque elegantiæ ſtudioſis gratum ſe facturum quid putavit, ſi eis enchiridion nitidiùs ornatum traderet. In his igitur Excerptis editionem Brunckii [*Argentorati*, 1784. *in* 12*mo.*] ſequendam præ cæteris duximus.

† MIMNEPMOY—] Mimnermus è Colophone, Ioniæ oppido, Solonis æqualis, clarus erat poëta elegiacus, et inventor habitus carminis pentametri. De eo parùm conſtat; et nihil ejus, niſi pauca fragmenta, reſtat.

I. 1. Τίς δ' βίος, &c.] Horum verſuum interpretatio celeberrimi Hugonis Grotii ſic incipit: *Vita quid eſt, quid dulce, niſi juvet aurea Cypris? Tum peream, Veneris quum mihi cura perit.* Ad hunc locum reſpexit Hor. *Si, Mimnermus uti cenſet*, &c. Lib. i. Epiſt. vii, 65. Venuſtam hujus fragmenti verſionem Gallicam vide in Brunckii Notis; et in Actis Par. Acad. Tom. x. p. 294.

II. 1. Ἡμεῖς,] Sic conſtrue: Ἡμεῖς ἴσμεν τοῖς [φύλλοις] οἷα τε φύλλα πολυάνθεμος ὥρη ἔρος φύει, ὅτ' ἄψ— In vulgatis et in Br. Analect. eſt αἶψ, i. e. αἶψα, *ſtatim, ſubitò.* ἄψ, quod Br. dedit in Poët. Gnom. eſt *rurſùs.*

II. —οἶκος Τευχῶται,] *domus*, i. e. *res domeſtica exhauritur*. τευχέω eſt *atteco*, *abſumo*, *exhaurio*. 308.

III. 1. Αὐτὰρ ἐμοὶ,—] Hujus fragmenti tres primi verſus deſunt in Stobæo. Eos è Theognide ſupplevi. BRUNCK.

IV. 1. Αἲ γὰρ—] Diſtichon hoc legitur apud Diog. Laert. in Solonis vitâ. *Idem.* Αἲ γὰρ, *Utinam.* Vide Vol. I. ad p. 70. n. 4.

V. 1. Δασοὶ—] Idem occurrit in Brunckii Poëtis Gnomicis p. 70. quod ſic interpretatur celeberrimus Hugo Grotius:

Omnes viri ſolemus excellentibus
Livere vivis, mortuis laudem dare.

---

* ΣΟΛΩΝΟΣ—I. 1. Ἴσον τοι πλουτοῦσιν,] Hos verſus, qui in Theognideis vulgò leguntur, ad ver. 719. Solonis eſſe conſtat, Plutarchi teſtimonio, qui partem eorum laudat initio illius vitæ. BRUNCK. *Ex æquo ſanè divites ſunt, ὅτῳ πολὺς ἀργυρὸς ἐστι*, &c. is ſcil. *cuicunque*, &c. *τῷ δ' μόνα ταῦτα*, &c. *et* is *cui hæc ſola adſunt*— *ταῦτα ἅπαντα γαμεῖ τις τῷ πλουτοῦντι τοῦτον, παῖδάς τ' ἐξὸν γυναῖκα, lautus* ſcil. *victus et veſtitus; liberi quoque et uxor: idque quum horum tempus venerit, et ſimul pubertas fuerit congrua.* 309.

5. —ὅταν δὲ γε—] Hæc ita vertit Hugo Grotius: *Nam quum maturuit ætas, et vita in medio florida curriculo eſt, has ſolas homo ſentit opes.*

II. Hos Solonis verſus ſervavit Philo Judæus, T. i. p. 25. Extant etiam apud Clementem Alex. p. 814. BRUNCK.

1. —ἕρκος ὀδόντων φύσας, &c.] ἕρκος ὀδόντων, non hic videtur eſſe *labia*, ut vulgò redditur apud Homerum, ſed *ipſi dentes*. Angl. *After once exhibiting teeth, continues to produce them during his firſt ſeven years.*

5. Τῇ τριτάτῃ—] Supple ἑβδομάδι, Angl. *the third ſeven years*. [ἑβδομὰς eſt *numerus ſeptenarius*.] γίνειον λαχνοῦται ἐπὶ γυίοις αὐξομένοις, χροιῆς ἀμειβομένης ἄνθος. Angl. *his beard thickens, while his limbs are growing ſtrong, his ſkin changing its florid down* (for a manlier clothing.)

9. Πέμπτῃ—] Scil. ἑβδομάδι, ἔχων [ἥβην] ἄνδρα, &c.

11. Τῇ δ' ἕκτῃ—] Angl. *And in the ſixth period of ſeven years* [i. e. from 35 to 42] *the mind of man is adapted to*

every thing, ἀλλὰ βίλτιον ἔστι ἀμοῖς, &c. *but does not incline, in the ſame manner* as formerly *to do trifling things.*

13. Ἐπὶ δὲ—] Ordo eſt: ὃ ἐπὶ τι ἄλλο ἔοικεμάλιστ' [ἐστὶ] μὴν ἄρτος [κατὰ] τὸν τῆ γλῶσσαν, &c.

15. —μαλακώτερα δ' αὐτοῦ—] Supple τὰ ἔργα— Angl. *but* his feats *with reſpect to great activity*, are *feebler* both *in body and in underſtanding.*— ſecundum lectionem Brunckianam, quæ eſt σώματι τῇ σοφίᾳ· ſed hujus vulgata ſcriptura—σῶμά τι τῇ σοφίᾳ—ita reddi debet: *but both his body and underſtanding are feebler with reſpect to any great exertion.*

310. 18. Οὐκ ἂν ἄωρος εἴη,—] *Quum non ſit immaturus, ſortem mortis obeat.* Vel potiùs: *Non eſſet ei immaturum mortis ſortem obire.*

III. Hoc fragmentum apud Diog. Laert. p. 30. et in Plutarchi Solone extat: ſed apud neutrum integrum. BRUNCK; cujus in Analect. ſic inſcribitur: Ἐξ ἀνεγνως τῶν περὶ τῆς τῶ Ποπλικόλα συμπόσεως.

IV. Πρὶν,—] Vide ſuprà p. 308. IV. Quatuor primos verſus exhibet Diog. Laert. Ultimum diſtichon laudat Plutarchus in compar. Solonis et Publicolæ. BRUNCK. Et ſic redditur à celeberrimo H. Grotio:

Ne mihi ſit letbum planctu ſine: ſed mea triſtes
Funera amicorum condecorent lachrymæ.

V. 1. Πολλοὶ γὰρ—] In Poëtis Gnomicis, ubi hoc epigr. inſeritur, p. 77. Brunckius pro γὰρ edidit μὲν. Sed γὰρ forſan rectiùs, et merum eſſe fragmentum indicat. Pro ἐστι, in fin. v. 3. idem Br. ſcribendum propoſuit αἰεί.

2. διαμειψόμεθα τῆς ἀρετῆς τὸν πλοῦτον] Sic Hor. *Cur valle permutem Sabinâ Divitias operoſiores?* Lib. iii. Od. i, 47.

---

311. *ΣΙΜΩΝΙΔΟΥ—I.] Vulgò inſcribitur: Εἰς τῶν θνητῶν βίον.

1. Οὐδὲν—] Primus hujus carminis verſus omiſſus in Stobæo. Integrum carmen legitur in appendice Anthologiæ. BRUNCK. Elegiæ videtur particula. Vituperat mortales, qui rerum humanarum mutabilitatem non reputent. JACOBS.

2. Χῖος—ἀνὴρ.] Homerus ſcil. Vide Theocr. Idyll. vii, 47. et ſuprà ad p. 3. Verſus hîc laudatus occurrit apud Iliad. ζ, 146. Vide etiam ſuprà, Mimnerm. II. p. 307. Cf. Hor. Art. Poët. 60, ſqq.

7. —ὄφρα τις ἄνθος ἔχῃ—] Dum juventutis flore fruimur, mentis levitas multa deſignat non habitura exitum. JACOBS.

14. —τῶν ἀγαθῶν—] Supple τινα, et redde: *Perfer ea, genio quæ juvant indulgens.* T. YOUNG. Hæc apud animum tuum reputans, uſque ad vitæ terminum indulge genio animumque bonorum fructu impertire ne dubites. JACOBS.

II. Vulgò inſcribitur: Εἰς βίον ἀνθρώπινον.

5. —ἐλλιπεστέρα—] Sic codex bene. Solœcum eſt ἐλλιπεσέρου. BRUNCK.

6. —παπιστοθέη—] ἐπιστοθέη, *fiducia*, vox eſt, qua lexica augeri poſſunt. *Idem.*

7. Απρεπέλον ἐρμαίνοΐλας.] *temerè cogitantes.*

11. Φθάνει—] Ordo eſt: ἄζηλον ὃ γῆρας φθάνει λαβὸν τὸν μὲν πρὶν, &c.

17. Θνήσκειν,—] Hunc verſum rectè legi vix credibile eſt. 312
T. YOUNG.

18. Οἱ δ' αἰσχύνῃ ἑαυτὸν—] Ad verbum: *aptant ſuſpendium ſibi*, i. e. *mortem ſibi conſciſcunt laqueo*,— κατάρχεται, *et ſponte ſuâ*—

20. Οὕτω καλὸν ἄπ' ἐόν.] ἄπ' pro ἀπεστί.

23. —ἐρῶμεν,] Optativ. eſt. Perperam ἐρῶμεν fine ι ſubſcripto, et αἰκιζόμεθα vel αἰκιζώμεθα. Benè in cod. ſcriptum αἰκιζοίμεθα. ἔχοντες neutraliter hîc adhibitum pro ἔσθες. BRUNCK.

III. 1. Γυναικὸς ἐόν—] Dixerat, ſi memini, Heſiodus:

Οὐδὲν γὰρ τι γυναικὸς ἀνὴρ λαίζητ' ἄμεινον
Τῆς ἀγαθῆς· τῆς δ' αὖτε κακῆς ὅ γε χεῖρον ἄλλο.

Ita rectè memoriter citavit T. Young. Vide Oper. et Dies, v. 702.

---

* ΠΥΘΑΓΟΡΟΥ ΧΡΥΣΑ ΕΠΗ.] *Pythagoræ Aurea Dicta.* Pythagoras, ex inſulâ Samo oriundus, philoſophus erat antiquiſſimus ac celeberrimus. Sed de tempore quo potiſſimùm vixerit non convenit inter eruditos; quorum tamen de hac re diverſas ſententias non eſt hujus loci perpendere. [Vide celeberrimum illud ingentique eruditione refertum opus magni Bentleii, *A Diſſertation upon the Epiſtles of Phalaris*, p. 49, ſqq. item *Jackſon's Chronological Antiquities*, Vol. ii. p. 374. *Dodwell* de Cyclis, p. 137, ſqq. &c. Vulgaris opinio eſt eum vixiſſe inter Olymp. LIII, 1. et LXXI, 2. i. e. inter annum ante Chr. N. 568, et 495.] Neque inſtituti noſtri natura nos patitur de doctrinâ Pythagoreâ hîc diſquirere. [Studioſa Juventus adeat librum utiliſſimum, *A Summary of Geography and Hiſtory, both Antient and Modern; by Alexander Adam, LL.D.* p. 12, ſqq.] Quod autem ad

hæcce *Aurea Carmina* attinet, quæ ſub nomine Pythagoræ circumferuntur, quoniam ipſe nihil à ſe ſcriptum reliquerit, ea vel uni alicui ex ejus diſcipulis, qui doctrinam à Pythagorâ acceptam in hiſce verſiculis exprimere potuiſſet; vel cuivis alii vetuſti ævi attribuenda ſunt. Utcunque fit, propter excellentiam, appellationem *aureorum* haud immeritò conſecuta videntur. Cæterùm eorum tantus eſt ubique proventus editionum, ut nec vacet nec operæ pretium foret eas hîc recenſere. Pleniſſima ſunt—Jo. Adam Schier, *Lipſiæ*, 1750. *in* 8*vo*. et Eberhard Gottlob Glandorf, cum præf. Ch. G. Heyne, *Lipſiæ*, 1777. *in* 8*vo*.

Ver. 1. —νόμῳ ὡς διάκεινται,] *ut lege conſtitutum eſt.*

7. Μηδ'—] *Et non— ἔφη δεῖν, quod poteris, ἐγχώρει, oderis*— &c. Ignoſcendum amicis, quantum potes. Nam facultas vicina eſt neceſſitati, h. e. neque enim ſemper potes: nam ſæpè facultas impeditur neceſſitate. MARCILIUS.

313. 16. Χρήματα δ'—] *Pecunia verò interdùm acquiri ſolet, interdùm amitti.* [Vide Coll. Gr. Min. ad p. 6. n. 5.] Vel ut T. Young, *Pecuniam verò aliquando acquirere, aliquando perdere poſſe diſce.*

18. Ἣν ἂν μοῖραν ἔλῃς,] *Quam ſortem obtinueris, eam ſis æquo animo.*

28. Δηλῇ,—] Πρὸς δηλῆ ἀνδρὸς, Eſt *ſtolidi hominis*,— convenit *ſtolido homini*,—

44. —ἐπιπλήσσεο·] *te reprehende.*

314. 47. Ναὶ μὰ—] *Juro per eum qui animæ noſtræ tradidit.* h. e. docuit, nempè Pythagoras, per quem jurârunt ejus diſcipuli, *quaternarium*, h. e. deum. Alii aliter. Vide Moſhem. ad Cudworthi Syſtema Intellectuale p. 451. Quaternarium quidam putant, eſſe ignem, terram, aërem, aquam, prima elementa, è quibus omnia profluunt: denarium eſſe naturæ totius Univerſitatem, &c. HARLES. Vide Porſon. ad Eur. Med. v. 629. p. 50.

51. —ἕως ἕκαστα διέχεται,] Marcilius interpretatur: *quatenùs quidque progreditur* ab imperfectis naturis ad ſtirpes: à ſtirpibus ad pecudes et deinceps ad homines, heroes, et ſuperos: *quatenùs quidque* coercetur, h. e. retrò contráque ſuperatur à cœleſtibus heroum genus, et ſic deorſùm uſque ad ſtirpes imperfectáque delabuntur. Conf. Ovid. Metam. xv. Fab. 3. *Idem.*

52. —ἡ θέμις ἐστὶ,] *quatenùs fas eſt. Idem.*

57. —ὡς ἓξ κύλινδροι—] *inſtar cylindrorum in aliud atque aliud corpus feruntur.* De hac animorum migratione multi multa ſcripſêre. Vide Schier. ad h. l. *Idem.* Hic autem de

de migratione non agitur; tantùm de inſtabilitate animi. T. YOUNG.

59. —ἴρις—] Sermo eſt de contentione rationis et appetitûs. λίληθε βλάπτουσα, *clam, latenter nocet. Idem.* Vide Vol. I. ad p. 87. n. 1.

61. —ἢ πολλῶν κε—] Salmaſius ita reddit: *revera multis malis hominum mentes liberares, ſi omnibus monſtrares, quali quiſque genio,* i. e. *animo utitur.*

64. —ἱερὰ—φύσις—] h. e. τὸ θεῖον ſive deus, ἕκαστα, h. e. τὰ δεόντα, *omnia quæ neceſſaria ſunt* ad animi ſui notitiam.

66. Ἐξακίσας,] *Remedio adhibito—*

67. Ἀλλ' ἴρεγε βρωτῶν,—] *Sed abſtine cibis, quos diximus, cum in purgationibus tum in animi ſolutione dijudicans.* Totum hoc alludit ad placita Pythagoræa. Vide Bruckeri Hiſt. Philoſophiæ.

69. —γνώμην—ἀρίστην.] *rationem optimam—*

---

* ΘΕΟΓΝΙΔΟΣ—] Theognidis poëſis quæ ſupereſt, non eſt continuum opus, ſed ex fragmentis conſtat è variis illius hominis elegiis aut poëmatibus excerptis. BRUNCK. Erat autem Theognis Megarâ, in Achaiâ, ortus: et floruit circiter Olymp. LVIII. ante Chr. N. 544. Ex ejus Sententiis, quæ adhuc reſtant, Brunckius dedit 1182. Eorum, quæ ſunt apud Stobæum, Latinis verſibus reddita ſunt ab Hugone Grotio. 315.

Ver. 1. —ἰσοδίων—] Participium. Sic Ald. et codd. Perperam in ſequioribus editt. ἰσοδίως. BRUNCK. Η πλουτῶν, i. e. μᾶλλον ἢ—

5. Κτήσασθαι.] Hanc lectionem Xenophontis apud Stobæum, edit. Geſneri p. 499. vulgari βάσασθαι meritò prætulit Brunckius.

13. Αὐτὸς, &c.] Ordo eſt: Αὐτός τοι ἔνδοξος ἄγγελος εἰς ὅλους ταύτην κακόδοξον, ἐὼν ἔσθλην καλέσαντες, ποιήμασιν χρήμασι, ἐκὲν κρατερὴν ἀνάγκην, ἢ τι θεῶν νόον ἀνδρὸς τλήμονα, ἰθῦναι μιν.

21. Οἱ κακοὶ, &c.] *Mali non omninò mali ex utero nati ſunt,* &c. egregiam ſententiam exhibent hi quatuor veſiculi.

35. Ἀσπάλαθοι—] Vide ſuprà ad Theocr. Idyll. xxiv, 87. p. 249. 316.

---

* ΕΚ ΤΩΝ ΑΜΦΙΔΟΣ.] Amphis Amphicratis filius, Athenienſis, poëta veteris Comœdiæ. Fabr. Bib. Gr. Vol. ii. p. 410. edit. Harles.

† —ANTI-

† —ΑΝΤΙΦΑΝΟΥΣ.] Antiphanes, vulgò Rhodius, mediæ Comœdiæ Poëta, Alexandri temporibus clarus. *Ibidem*, p. 414.

‡ —ΕΥΒΟΥΛΟΥ.] Eubulus, mediæ Comœdiæ poëta dicitur Ammonio. Dramata 34 ei tribuit Suidas, 50 Athenæus. Vide Fabr. Bib. Gr. ubi ſuprà, p. 442. item *Bent. on Phal.* p. 110.

317. 8. Ἕβδομος ὁ κώμων·—] *Sextus nequitiæ: fugillarum ſeptimus: Octavus revocatoris: nonus bilis eſt: Decimus furoris, tela ut mittantur quoque. Nam Liber multus parvo infuſus vaſculo Suos potatores facilè evertit è gradu.* GROTIUS. Grotius dedit ἀναπλήτους. Sed quum ebrii ſæpè non uni tantùm injuriam faciant, et à pluribus in jus vocentur, ἀναπλητέους malui. BRUNCK.

* —ΦΙΛΗΜΟΝΟΣ.] Philemon, Solis in Ciliciæ oppido natus, teſte Strabone; ſed Suidas eum Syracuſanum facit. Novæ erat Comœdiæ poëta, Menandro paulò antiquior. Vide Fabricium, ubi ſuprà, p. 476, ſqq.

318. * —ΜΕΝΑΝΔΡΟΥ.] Menander Athenienſis, novæ Comœdiæ poëta longè omnium celeberrimus; cujus quædam tantùm fragmenta ad nos pervênere. De eo vide Fabric. Bib. Gr. Vol. ii. p. 454, ſqq. edit. Harles.

319. * —ΚΛΕΑΡΧΟΥ.] De Clearcho hoc poëtâ Comico parùm conſtat. Erat alter ejuſdem nominis, Ariſtotelis diſcipulus. Vide Fabricium ubi ſuprà, p. 428. et lib. iv. cap. xi. Hoc fragmentum è fabulâ, cujus titulus Κορίθιος, ſervatum eſt ab Athenæo, p. 613.

2. —πιεῖν] Alii punctum ponunt poſt πιεῖν, et forſan rectiùs. T. YOUNG.

† ΓΝΩΜΑΙ ΜΟΝΟΣΤΙΧΟΙ.] Pauculæ hæ *Sententiæ ſingulis verſibus contentæ*, deſumtæ ſunt ex iis quas dedit Brunckius, et quas primus vulgaverat Aldus Manutius. In iis nihil videtur ineſſe difficultatis, quod diſcipulus, qui non eſt prorſùs tiro, proprio Marte non poterit expedire.

III. NOTÆ IN EPIGRAMMATA.

* EPIGRAMMATA.] Varia Epigrammata Græca, quorum in unum faſciculum collectio ANTHOLOGIÆ nomine vulgò denotatur, primùm collegit Meleager, dein Philippus, Agathias, Conſtantinus Cephalas, denique Maximus Planudes. 321.

Vixit Meleager ante Chr. N. circiter annos 150; natione Syrus, oppido Gadarenus; et in inſula Co mortem obiiſſe fertur. Ex diverſis totius Antiquitatis ſex et quadraginta ſcriptoribus Epigrammatum decerpſit flores, et inde volumen confecit, quod nomine Στεφάνου, ſeu *Coronæ*, inſignivit. Huic Coronæ addidit quædam ipſius cultiſſima carmina, quorum ferè centum et triginta ad nos pervenerunt.

Philippus, qui hunc ſecutus eſt, Theſſalonicenſis fuit; eumque Auguſti temporibus vixiſſe veriſimile eſt. Is, quum novam contexuiſſet Anthologiam ex poëtis, qui poſt Meleagrum floruerunt, librum quoque ſuum, adjectis etiam propriis non paucis carminibus, et ipſe poëta, *Coronam* appellavit.

Quingentis et amplius poſt Philippum annis, ſub finem ſcilicet ſeculi VI, regnante Juſtiniano, vixit Agathias; qui recentiorum poëtarum carmina et ſua in unum corpus collegit; parvi quidem facienda, ſi cum illis prioribus conferantur, ſed ad ſeculi iſtius ingenium magis accommodata. His igitur in locum illorum ſuffectis, neglectæ jacuiſſe videntur veteres illæ Coronæ; nec earum exempla ampliùs deſcribebantur; adeo ut periculum fuerit ne penitùs perirent, niſi circiter medium ſeculum X, ortus fuiſſet vir quidam doctus Conſtantinus Cephalas, qui multis ex illis Coronis, pluribus ex Agathiæ collectione, et nonnullis aliundè deſumtis, novam tandem Anthologiam condidit, quâ ſolum literati homines, quinque ferè ſeculis, uſi ſunt.

Denique, ineunte ſeculo XIV, viſum eſt Maximo Planudi monacho Conſtantinopolitano, Cephalæ collectionem inſtaurare, eamque, Agathiæ exemplo, in ſeptem libros denuò diſtribuere, multis carminibus omiſſis, obſcœnioribus ejectis vel interpolatis: neque, tamen eo conſilio ut nihil niſi pura in collectionem ſuam admitteret, ſed, quatenùs conjicere liceat, ut in epitomen majora illa collectanea redigeret. Nam quædam dedicatoria ſummæ elegantiæ et minimè impudica rejecit; atque, dum multa Meleagri et Philippi obſcæna repudiaret, non pauca ejuſdem vel pejoris farinæ è ſcriptoribus recentioris

321. recentioris ævi recepit. Hæc omnia in capita per communes locos digeſſit; neque ullam aliam, quam hanc Planudis Anthologiam, ante annum 1772, typis vulgatam vidit Reſpublica Literaria.

Veteres illæ Meleagri, Philippi et Agathiæ jam penitùs intercideranr memoriâ: eadémque Cæphalæ collectioni futura fuiſſet fortuna, niſi unum ejus exemplum aſſervâſſet Bibliotheca Palatina, quæ erat Heidelbergæ. In hunc Theſaurum, qui aliis doctis hominibus vix, ac ne vix quidem, notus erat, ſorte fortunâ, dum alios ejus Bibliothecæ codices perluſtraret, incidit celeberrimus Claudius Salmaſius. Quid verbis? eum deſcripſit juvenis eruditiſſimus; conſilium ejus edendi cepit; poſtea abjecit; quò verò pervenerit iſtud exemplar Salmaſianum non ampliùs conſtat. Cum amicis tamen quædam ex eo excerpta communicaverat Salmaſius; immò totum quibuſdam eorum mutuum dederat. Undè varia facta ſunt apographa, minùs tamen accurata, et minimè conferenda cum ipſo Palatino codice, qui Romam poſteà ablatus, nunc in Bibliothecâ Vaticanâ aſſervatur. Atque hæc eſt illa adhuc non vulgata ſeu inedita Anthologia, cujus quædam epigrammata hinc indè inter animadverſiones doctorum hominum lucem aſpexerunt. Quod autem conſilium Salmaſius abjecerat, id poſteà inter alios reſumſit vir eruditiſſimus Jac. Phil. D'Orville; ſed mors ieterveniens labores ejus nondùm confectos abrupit.

Tandem in publicum prodierunt *Analecta Veterum Poetarum Græcorum*, editore Rich. Fr. Phil. Brunck; quibus vir ille Græcè doctiſſimus omnia hæc Epigrammata tam edita quam non edita, quotquot reperire poterat, complexus eſt; et omnia novâ ſerie, obſervato tempore quo, ſe judice, quiſque Scriptor vixerit, ordinavit: opus ſanè egregium, per quod vir ſagaciſſimus viam munivit ad famam, quam poſtea, aliis hujuſcemodi operibus, ſed imprimis ſuo Sophocle, meritò adeptus eſt. Dolent tamen eruditi quædam adhuc impedire quo minùs hoc opus ad laudem Anthologiæ omnibus numeris abſolutæ aſpirare poſſit. Nam codicem Palatinum nec ipſe Brunckius inſpexerat, nec ope alienâ accuratè conferendum curârat; deſunt idonei indices, qui ſunt pars iſtiuſmodi operis omninò neceſſaria *; atque editor eruditiſſimus ſuarum

* Cum hæc ſcriberem nondum mihi in manus venerat *Anthologia Græca*—ex recenſione Brunckii: cum Indicibus à Friederico Jacobs. *Lipſiæ*, 1794-5. *in* 8vo. Quinque priora voluminia, quæ continent textum et indices, jam edita ſunt. Voluminis quoque primi partem priorem Animadverſionum in Epigrammata, ſecundum ordinem Analectorum Brunckii, [Lipſ. 1798.] jam poſſideo. Neſcio an auctor doctiſſimus plura adhuc ediderit. [Idibus Jun. 1802.]

ſuarum annotationum nimis fuit parcus. Laudandus quidem 321.
eſt, quòd perpetuam interpretationem Latinam ad verbum factam reſpuerit; nec ei vitio vertendum quòd nunquam tam felici eſſe contigerit ut manuſcriptam Hugonis Grotii interpretationem, niſi paucorum epigrammatum, videret. Hic enim vir eximius, cujus varia opera in ſoluto ſcribendi genere nomen ejus per totum orbem literatum tam clarum reddiderunt, Muſas quoque, non invitâ Minervâ, ſubindè colere ſolebat; uti interpretationes ejus pulcherrimæ Excerptorum ex Tragœdiis et Comœdiis Græcis, atque Dictorum poëtarum ex Stobæo teſtantur. Inter Anthologiæ quoque ſtudioſos idem vir magnus meritò cenſendus eſt; quippe qui non ſolùm ſelecta quædam epigrammata, ſed etiam totam collectionem Planudeam verſibus Latinis adumbraverit. Hæc Grotii interpretatio, quanquam ab ipſo viro celeberrimo ad prelum ſubeundum parata eſſet, nondum lucem aſpexerat, nec Brunckio unquam viſa fuit. Ipſam autem poſſederat D'Orvillius; cujus poſt mortem ad hæredes ejus in Angliam tranſiit; à quibus doctiſſimus P. Burmannus Secundus veniam impetravit ut totam ſuâ manu deſcriberet. Hoc autem exemplar Burmannianum ad virum doctum Hieronymum de Boſch pervenit, qui nuper ex Ultrajecto conſilium ſuum de edendâ *Anthologiâ Græcâ, ab Hugone Grotio Latinis verſibus redditâ*, per totam Europam vulgavit. Et prodiere jam [Id. Jun. 1802.] hujus operis pretioſi tria Voll. *Ultraj.* 1795-7-8. *in 4to.* Hæc breviter de Anthologiarum hiſtoriâ. Qui plura vult, adeat Fab. Bib. Gr. lib. iii. c. 28. *Boivin le Cadet Remarques ſur Anthologie*, &c. *Memoires de l' Academie des Inſcripp.* &c. Tom. ii. p. 347. Brunckii Præf. ad ſua Analecta. Biblioth. Crit. Vol. i. part. 2. et Hieron. de Boſch. Deſcript. edendæ Anthol. Græcæ. Adeat autem præcipuè Præfationem et Prolegomena ad Friderici Jacobs Animadverſiones in Epigrammata Anthologiæ Græcæ, &c. *Lipſiæ*, 1798. *in 8vo.*

EDITIONES ANTHOLOGIÆ.

1. Prima Jani Laſcaris, literis Græcis capitalibus. *Florentiæ*, 1497. *in 4to.*

2. Ex recenſione Scipionis Carteromachi. *Venetiis, apud Aldum.* 1503. *in 8vo.* [Scil. Aldina prima.]

3. Florentina, *apud heredes Phil. Juntæ*, 1509. *in 8vo.*

4. Aldina ſecunda. *Venetiis*, 1521. *in 12mo.*

5. Pariſienſis, *apud Jodocum Badium.* 1531. *in 8vo.*

6. Cum notis Joannis Brodæi Turonenſis. *Baſil.* 1594. *in fol.*

321. 7. Cum nonnullis epigrammatis recens inventis. *Venetiis, apud Aldi liberos*, 1550. *in* 8*vo.*

8. Editio Henr. Stephani, magno epigrammatum numero aucta, &c. —— 1566. *in fol.* [Editio pulcherrima.]

9. Editio Wecheliana, cum annotationibus Joannis Brodæi, et Vincentii Obſopæi in lib. i, ii, iii, & iv. *Francofurti, apud Andreæ Wechcli heredes*, &c. 1600. *in fol.* [Editio præſtantiſſima, cujus mihi facta eſt copia ex inſtructiſſimâ Bibliothecâ Facult. Jurid. Edinb.]

10. Cum verſione proſariâ Eilhardi Lubini. Extat in corpore Poëtarum Græcorum, &c. part. ii. p. 494. *Coloniæ Allobrogum*, 1614. *in fol.*

11. Analecta Veterum Poëtarum Græcorum. Editore Rich. Fr. Phil. Brunck, 3 Voll. *Argentor.* 1772—1676. *in* 8*vo.* [In quibuſdam exemplaribus titulus præ ſe fert— *Editio quarto Volumine aucta.* 1785. Nondùm autem videtur hoc quartum Vol. lucem aſpexiſſe.]

12. Anthologia Græca, ſive Poëtarum Græcorum Luſus. Ex recenſione Brunckii. Indices et commentarium adjecit Friedericus Jacobs. *Lipſiæ*, 1794-5. *in* 8*vo.* [Priora quinque Voll. quæ continent textum et indices jam prodiêre: atque aliqua pars quoque Commentarii.]

13. Anthologia Græca, cum Verſione Latinâ Hugonis Grotii. Edita ab Hieronymo de Boſch. 3 Voll. *Ultrajecti*, 1795-7-8. *in* 4*to.*

*** Sæpè edita ſunt Selecta Epigrammata Græca. Sed nimis foret longum ejuſmodi Editiones recenſere. [Vide Fabric. Bib. Gr. ubi ſuprà.] Quæ autem hic exhibentur decerpta ſunt ex Brunckii Analectis à *Thomâ Young*, viro planè egregio, et qui Juvenis adhuc dignus habitus fuit, qui in Societatem Regiam Londinenſem cooptaretur. * Quum is nuper in hac Academiâ ſtudiis operam daret †, omnibus, qui conſuetudine ejus utebantur, propter ingenii acumen et variam doctrinam, mihi imprimis ob vitæ integritatem et inſignem Literarum Græcarum peritiam maximi habitus; ego, variis laboribus Academicis implicitus otióque minus abundans, eum rogavi ut ex immenſâ Brunckii collectione ea ſeligeret Epigrammata, quæ ad propoſitum hujus poëtici noſtri Delectûs maximè conferrent. Neque meo deſiderio (quæ fuit

* Circiter annum 1794.

† Anno 1794-5.—Poſt autem peregrè profectus, M. D. creatus eſt ab inclytâ Acad. Georgiâ Auguſtâ, quæ Gottingæ eſt, anno 1796. Domum regreſſus, Cantabrigiæ per aliquod tempus ſtudiis vacabat. Nunc [Id. Jun. 1802.] honorifico munere Phyſices, ſive Philoſophiæ Naturalis, Profeſſoris in Regio Inſtituto Britannico Londini fungitur.

fuit ejus erga me voluntas) defuit juvenis eruditus et in 321.
poëtis Græcis apprimè verſatus. Quæ hîc recepimus, eorum pleraque ille humaniſſimè indicavit; quin et propriâ manu nitidiſſimè deſcripſit, mihique tradidit *Corollam* variis floſculis pulcherrimis à ſe contextam; quam ſi vidiſſet illuſtriſſimus Comes de Cheſterfield, non ita pridem defunctus, Græca Epigrammata univerſa ſine diſcrimine notho ſuo filio contemnenda non propinâſſet. [Vide *Cheſterfield's Letters to his Son*, Vol. i. Let. 73. Conf. *Maſon's Life of Gray*, p. 336.] Sunt et nonnulla hinc indè adſperſa, quæ placuêre duobus optimis mihique familiariſſimis viris, ingenii et doctrinæ laude florentibus, Jacobo Gregory et Dugaldo Stewart, huic Ethices, illi Medicinæ Practicæ, in hac Academiâ Profeſſoribus.

ERINNES—1. Νύμφας Βαυκίδος—] Idem nomen eſt Βαυκὶς, Βαυκίδος, et Βαυκὰ, Βαυκᾶς. REISKE. ὑμὶν· ſcil. τύμβους. T. YOUNG. In hoc ſepulchrali epigrammate monumentum ipſum loquitur: hoc autem ſymbolis erat ornatum, quibus ſepultæ mulieris mors ipſas conſecutæ nuptias ſignificabatur. Hinc intelligendus v. 3. τὰ δέ τοι καλὰ μὲν ποθορᾶϊ— *pulchra hæc mea ornamenta inſpicienti tibi crudeliſſimum Bauconis, ſeu Baucidis, nuntiant caſum.* BRUNCK. ποθορᾶϊ Dor. pro προσορᾶϊ.

3. τὰ—καλὰ—ἀſγαλέοιſι] Notandum hîc neutrum plurale cum verbo ejuſdem numeri. T. YOUNG. [Vide Coll. Gr. Min. ad Anacr. Od. iii. v. 5. et ADDENDA ad Eur. Med. v. 1149. edit. 2dæ. Porſon.] Ceterùm ἀſγαλέοιſι eſt Dor. pro ἀſγάλμασι.

5. Ὡς τὰν παῖδ'—] Ordo eſt: ὡς κηδεστὰς ἔφλεγε ἰὰ πυρκαϊᾶς τὰν παῖδα τᾶδε [πίτνᾳ] ὑφ' ἅς πείκης ὁ Ὑμέναιος ἤγετο [αὐτὰν] δόμους· "κηδεστὰς, (ſic perſpicuè codex) hîc eſt *maritus*. "Etymol. M. κηδεσταὶ λέγονται ὅ τε πατὴρ τῆς γεγαμημένης, καὶ "αὐτὸς ὁ γαμῶν." BRUNCK.

7. —μολπαῖαν ἀοιδὰν] Codex, teſte Brunckio, habet μολπαῖαν. Non invenio hanc vocem in Lexicis: potes tamen reddere μολπαῖαν ἀοιδὰν, *jucundum carmen.* Pro μολπαῖαν Reiſkius, ex conjecturâ, repoſuit χαρίσσαν. "Reddi poteſt "Angl. *Thou, O Hymen, haſt changed the melodious nuptial "hymn into the mourvful notes of the funeral dirge.*" T. YOUNG.

8. —μιθημόσαο.] *mutaſti.* Aor. 1. M. μιθημόσαμην, μιθημόσασο, eliſo σ, μιθημόσαο, ut hîc: et poſtea, μιθημόσω, ut in Grammaticis. Vide in Iliad. α, 401. ὑπελύσαο· et in locis aliis innumeris. Cæterùm conjicit Reiſkius aliquid in fine epigrammatis deeſſe, quia particulæ μὲν in verſu penultimo non reſpondet δὲ ſequens: niſi malit quis μὲν pro μὶν legere.

322. SIMONIDIS—I.] Extat hæc epigraphe apud Thucydidem, [Hiſt. Lib. vi. cap. 59.] qui nobis narrat Hippiam, maximum ſcil. natu Piſiſtratidarum, Æantidæ, Hippocli Lampſacenorum tyranni filio, Archedicen ſuam filiam, quod Lampſacenos apud regem Darium auctoritate multùm pollere ſciret, nuptum dediſſe: ac Archedices monumentum Lampſaci exſtitiſſe, cum hâc inſcriptione. Ordo eſt: ἦδε κόνις κείνυθι Ἀρχεδίκην [τὴν Θυγατέρα] Ἱππίου ἀνδρὸς ἀριστοκρατοτάτων ἐφ' ἑωυτῆ ἐν Ἑλλάδι,— [τῶν ἐφ' ἑωυτῆ, Angl. *bis contemporaries.*] ἤ τι ὄνεα— *et quamquam illa eſſet patris*, &c.

3. —τυράννων.] *qui reges erant*— Sigei ſcilicet: non enim potiti ſunt rerum Athenis Hippiæ liberi. Sed Hegeſiſtratus, Hippiæ filius, fuit tyrannus Sigei, ut docet Herodotus lib. v. Palmerii Exercitation. p. 53. HUDSON.

4. —ἤρξε τῶν] i. e. κατὰ τῶν. Cæterùm hoc epigramma Simonidi adſcribit Ariſtot. Rhet. lib. i. c. 19.

II. 1. Πραξιτέλης—] Extat hoc epigr. apud Athenæum p. 591. ubi v. 3. φίλεε ἢ βάλλε, quod alteri lectioni præferendum mihi non videtur. Hos verſus ait a Praxitele baſi Cupidinis inſculptos fuiſſe, quod ita à nemine acceptum iri puto, ut Praxiteles elegorum auctor ſit cenſendus. Illius tamen potiùs fuerint quam Simonidis, cujus ætas cum Phrynes ætate non congruit. BRUNCK. De hoc Praxitelis Amore, quem inter præſtantiſſima ſua opera ipſe cenſebat artifex, vide Pauſan. i, 20. p. 46.—*Ver.* 1. Argutum hoc: Praxiteles Amorem, cujus telis flagrabat, repræſentavit ita, ut ejus ſpeciem ad exemplum, ſuo animo impreſſum, adumbraret. Hanc ſententiam expreſſit Julian. Ep. xii. Αὐτὸν γὰρ τὸν Ἔρωτα τὸν ἔνδοθι κυθαιρωνίου μοι Χαλκάσας, Φρύνη δῶρα γέρας φιλίας. Phryne ipſi viciſſim pro Amore amorem rependit.—Ipſe deus loquitur.—Amor deſiderio et cupidine implet pectora intuentium. ἀτενίζοντας. Qui rectis oculis aliquid intuentur, ἀτενίζειν dicuntur. JACOBS. Hoc epigramma ſic vertit Hugo Grotius:

Quàm benè Praxiteles finxit, quem ſenſit, Amorem?
De corde exemplar ſumſerat ipſe ſuo.
Meque mei pretium Phrynæ dedit: indè ſagittis
Nil opus eſt: videor ſi modo, ſat ferio.

SIMMIÆ—1. Ἡέρι—] *Senſim*, ἠερίζω, *repas*, &c. Alloquitur ſcil. poëta hederam. Elegantiſſimum epigramma, "et "potiùs (ut obſervavit Vincentius Obſopæus) ad lyram ca- "nendum, quàm vertendum; propterea quod ei verſo idem

"accidit

" accidit quod aulæis et tapetibus, qui ſi vertuntur, fiunt de- 322.
" formiores : eſt enim ſummus et inimitabilis lepor in eo. "

3. —ἤ τι φιλοῤῥωξ ἄμικτιλος,] ῥὼξ. ωγος, ἡ, eſt *fiſſura*. Sed, ſecundum H. Stephanum, idem quoque ſignificat quod ῥὰξ, *acinus :* hinc φιλοῤῥωξ, *amans acinorum ;* " itidem (inquit idem Steph.) vitis epithetum in epigr. de Soph. " Sed veram ſignificationem iſtius epitheti non explicavit. Forſan nihil aliud eſt quam *acinis vel uvis abundans*. [atque vocem ita quoque intellexiſſe Jacobſium invenio. " Vitis, " inquit " φιλοῤῥωξ, *acinis plena*. ῥὼξ de acino ùvæ uſurpare non du- " bitarunt veteres, quanquam invitis Grammaticis. "] ὑγρὰ πίερις κλήματα χευαίμαν, κ.τ.λ. *humidos circa palmites fundens, gratiâ doctrinæ prudentis quam ille mellitus coluit, unâ cum Muſis et Gratiis.* ἔνικεν εὐμαθίης πινυτόφρονος. [Angl. *on account of the exquiſite ſkill.*] dicta videntur propter doctam et eximiam illam artem quâ Sophocles in compoſitione fabularum ſuarum cæteros poëtas Tragicos ſuperaverit.

*** Vide *Elegant Extracts in Verſe*, Lond. apud Rivingtons, &c. Vol. ii. p. 304. ubi hoc epigram. aliquis ita benè reddidit Anglicè, uti notavit T. Young.

Wind, gentle evergreen, to form a ſhade
Around the tomb where Sophocles is laid :
Sweet ivy, wind thy boughs, and intertwine
With bluſhing roſes and the cluſt'ring vine :
Thus will thy laſting leaves, with beauties hung,
Prove grateful emblems of the lays he ſung :
Whoſe ſoul, exalted like a god of wit,
Among the Muſes and the Graces writ.

PLATONIS—I, 1. Ἡ σοφὴ—] Conſtructio eſt : [Ἐγω] ἡ Λαὶς γηλάσασα σοφὴν ὑὸν Ἑλλάδος, ἡ ἴσχυσα ἰσμὸν νίων ἐρασῶν ἐὲ πρεσβύρεις, [ἀνέθηκα] τὸ κάτοπτρον τῇ Παφίῃ· ἐπεὶ τοίη [οἵη νῦν εἰμὶ] ἐκ εἴδεϊ ὁρᾶσθαι· [τοίη] δὶ οἵη ἢν πάρος ἐ δύναμαι [ὁρᾶσθαι.] De Laide vide propriorum Nominum Lexica. " Imitatus eſt hoc " Matt. Prior : *Venus take my votive glaſs ;* &c." T. YOUNG.

III, 1. Ναυηγῦ τάφος εἰμί·] Hoc ita reddidit celeberrimus 323.
Sam. Johnſon :

Naufragus hîc jaceo ; contra, jacet ecce colonus !
Idem orcus terræ, ſic, pelagoque ſubeſt.

Elegans diſtichon, cui comparandus præclarus apud Petronium locus p. 404. edit. Hadrian. *Sed non ſola mortalibus*, &c. JACOBS.

MNASALCÆ—

323. MNASALCÆ—1. Ἀὖ ἐγὼ ἀ—] Parodia alius epigrammatis in Ajacis ſepulchrum. T. YOUNG. En epigramma, ad quod alludit vir doctiſſimus. Occurrit inter additamenta epigrammatum in edit. Wechelianâ, p. 6. et in Brunckii Analect. Tom. i. p. 178. ubi rectè adſcribitur Ariſtoteli; auctoritate Porphyrii in Homerum Comment. Vide Euſtath. in Hom. p. 285. edit. Rom.

Ἀὖ ἐγὼ ἀ τλαμων Αρειτὰ παρὰ τῶδι κάθημαι
Αἴαντος τύμβῳ, κειραμένα πλοκάμους,
Θυμὸν ἄχει μεγάλῳ βεβολαμένα· ὡς παρ' Αχαιῶν
Ἀ δολιοφρων Απάτα κρίσσον ἐμεῦ κέκριται.

Argumentum ſcilicet ſumitur à certamine inter Ajacem et Ulyſſem de armis Achillis, in quo πολύτροπος Οδυσσεὺς reportaverat præmium. Cæterùm ἡ Απάτα κέκριται κρίσσον, et ἡ Τιμὴ κέκριται κρείσσον, dicuntur eodem modo quo apud Virgilium: *Triſte lupus ſtabulis.* Ecl. iii, 80. et *Varium et mutabile ſemper Femina.* Æn. iv, 569.

ANYTES—1. Μάνης ὕστος—] In ſervi tumulum. Nomen Μάνης ſervis proprium. JACOBS. Hoc ita reddidit celeberrimus Sam. Johnſon:

Qui jacet hîc. ſervus vixit, nunc, lumine caſſus,
Dario magno non minus ille poteſt.

LEONIDÆ TARENT.—I, 1. Μὴ σύ γ'—] Loquitur Pan vel Mercurius. ἐπ' οἰονόμοις— *in illo loco ubi paſcunt oves,* —ἰλυῶ χαραδραίης, *luti ex torrente,*—ὄρμον, ſubaudi ὕδως. BRODÆUS. Mihi arridebat hoc epigr. ob benevolentiam et imagines pulchras. T. YOUNG.

II, 1. Ἰξαλῶ—] Ordo eſt: Ἰξαλῶ ὑπάγων πόσις αἰγὸς, *Salax barbatus maritus capræ*— Secundum Brunckium ad Simmiæ Rhodii I. Ἴξαλος αἶξ eſt *Ibex*, ſeu *caper montanus*, Gallis *Bouquetin*, Angl. *a wild goat*, maſc. generis. Cui interpretationi hic locus favere non videtur. Malo vulgarem: Angl. *The wanton well-bearded huſband of the ſhe goat.*

324. 3. —κείρει,] Sic Ovidius: [Faſt. Lib. i, 358.]

Rode, caper, vitem; tamen hinc, cum ſtabis ad aram,
In tua quod fundi cornua poſſit, erit.

III, 1. Ὀλκάδα—] Sic conſtrue: πῦρ ἀνίφλεξε μὲ ὀλκάδα μετρήσασαι τόσην ἄλα [ἀνιφλ. μὲ] ἐν χθονὶ τῇ κεραμείῃ πύκας εἰς ἐμὲ

ἐμοὶ ἦν πίλαγος δέσασιν ἐπ' ἠόνος· ἀλλὰ σὺ ρεῦ τὴν [χθονὰ scil.] γεν- 324.
ναίαν ἐμὲ ἀπιστείην θαλάσσης. Quæ ſic vertit H. Grotius:

Menſa diu pelagus pereo face navis, in illâ,
Quæ mihi materiam tonſa creavit, humo.
At qui reddiderant me terris æquora: vincis
Sic mea tu genetrix æquora perfidiâ.

THEOCRITI—1. Ἃ δείλαια τὺ—] *Ah miſer tu Thyrſi! quid prodeſt ſi contabefacias lacrymis geminos oculos lugendo?* [διγλήνους ὄππας, *geminas pupillas habentes oculos.* Æmyl. Porti Lex. Dor. ubi vide plura.] Plorat nimirum Thyrſis capellam ſuam à lupo abreptam.

3. Οἴχιται—] Οἴχομαι frequens verbum eſt de mortuis. HARLES.

4. Τραχὺς—] Angl. *for the fierce wolf hath graſped it in his claws.* αἱ δὲ κύνες κλαγγηδὸν· *the dogs are barking.*

6. Οσίων ὐδὲ τίφρα—] *ne cinis quidem oſſium.* Reiſkii conjecturam Brunck in textum recepit. HARLES. Vulgaris lectio eſt —ὁσίων, ὐδὲ— Obſervet diſcipulus ſequentes voces Doricas: τὺ pro σὺ· κατατακξῆς pro κατατηξῆς· ἀ pro ἡ· κλαγγηδὸν, pro κλάζουσι· ἀνίκα pro ἡνίκα· τίνας pro ἐκείνης· οἰχομένας pro οἰχομένης.

CALLIMACHI—II, 1. « Σύνλομος ἦν ὁ ξεῖνος,] Scriptum videtur hoc epigramma de quodam obſcuro homine brevis ſtaturæ; cujus epitaphium laudem quoque brevitatis affectat. Tumulus igitur ita loqui fingitur: " *Theris Ariſtei filius* " *Cres ſub me* jacet. " Reſpondet viator:—" Etiam hoc " *longum*—in hominem ſcil. de quo ſcire nil mea refert. " Cui autem diſplicet hæc explanatio, is meliorem inveniat, ſi poterit, inter nugas interpretum, quas videre liceat ad Callimachum ex recenſione Erneſti, Vol. i. p. 286. Pro δολιχὸν reſtituit Brunckius ex MS. δολιχὸς, quod rectum putat, et ad σίχῳ referri. Noſter T. Young illum mavult; cui facile aſſentior. Idem δύστηνις φρονίδι ſic ad me ſcripſit: " Non " puto σύνλομῳ de brevi ſtaturâ dici poſſe: potiùs vult, ſer- " monem ejus conciſum fuiſſe; potiúſque δολιχὸν hæc innuere " videtur, nomen ejus ſolum laudi ſufficere: non quod negem " alteram interpretationem veram eſſe poſſe; hoc amici, illud " inimici. " Quod autem ad literulas α ς attinet, " harum uſum, " inquit H. Stephanus, [poſt titulum ſuæ edit. Anthologiæ, Anno 1566.] " non excogitavi, ſed potiùs " amiſſum revocavi. Has enim literulas in plurimis antiquiſ-

" limis

" ſimis codicibus Græcis, adhibitas iis locis qui dialogi for-
" mam haberent, inveni; α interrogationem, ς reſponſionem
" indicante. "

III, 1. Εἶπας Ἥλιε—] Callimachi quidem epigramma in Ambraciotam Cleombrotum eſt: quem ait, cum ei nihil accidiſſet adverſi, è muro ſe in mare abjeciſſe, lecto Platonis libro. CICERO; Tuſcul. lib. i. c. 34. [Vide Vol. I. ad p. 252. n. 1.] Qui plura velit adeat Callimach. edit. Erneſt. Vol. i. p. 293. et Daviſium ad loc. cit. Ciceron.

---

325. DIOSCORIDÆ—1. Τὸν Πιτάνας—] Subauditur ἐις. Pitana urbs erat Laconica, ad ripas Eurotæ. Hoc epigramma exhibet egregium exemplum Spartanæ fortitudinis. De hoc Thraſybulo, ejuſque patre Tynnicho, nihil amplius apparet niſi eos fuiſſe Lacedæmonios. Cætera ſunt facilia. Extat hoc epigr. apud Plutarchum, Vol. vi. p. 874. edit. Reiſke.

TYMNÆ—I, 1. Τὸν παραδάντα—] In Plutarchi Lacænarum apophthegmaſin hoc unum epigr. tanquam duo exhibetur, quorum alterum conſtat ex primo diſticho, alterum ex duobus poſtremis. Putat Brunckius manifeſtum eſſe Plutarchum memoriâ lapſum, et tria illa diſticha ad idem epigramma pertinere, idque uno diſticho augeri debere; undè in Lectionibus et Emendationibus ſuis totum conſtituit, uti nos dedimus: neſcio tamen quâ auctoritate. Spirant quidem omnia ferocem illam fortitudinem, quæ in Lacænis magis admiratione quam imitatione digna erat. Τὸν παραδάντα νόμους, *cum leges violâſſet*,— audiviſſet enim, ut narrat Plutarchus, mater Damatria, filium ſuum Damatrium, ad ſe reverſum, timidum fuiſſe.

3. Θηλὺν—] Angl. *and having preſented her ſharp ſword —having held her ſword in a poſture of offence.*

5. Ἐρρὲ κακὸν—] *I peſſùm, mala proles, per tenebras, ὅ ubi,* διὰ μισὸς, &c. *cujus odio affectus iratuſque Eurotas ne cervis timidis quidem fluere dignetur.* Sic apud Homerum, Achilles, Agamemnonem ignaviæ arguere volens, eum alloquitur tanquam habentem κραδίην ἐλάφοιο. Iliad. α, 225.

7. Ἀχρεῖον σκυλάκευμα,] *improbe catule!* Obſervandum autem ἀχρεῖος apud *Græcos*, (quum de *homine malo* dicitur,) non utique eum exhibere qui ſimpliciter ſit *non utilis*, ſed qui ſit *maxime nequam.* Sic apud Eur. Med. v. 296. (301.) ἀργία. ſignificat, non *ignaviam*, (ut vulgò vertunt,) ſed quic- *maximè* eſt *detrimentoſum.* CLARKE, ad Il. β. 269. ubi ra. κακὰ μοῖρα, Angl. *abandoned member of ſociety.*

II,

II, 1. Μή σοι τῦτο—] In mulierem Ægyptiam, quam fatum in Cretâ oppreſſit, ubi ſepulta fuit. Ελευθέρνη, urbs Cretæ. Ineptè antea legebatur v. 3. ἀλλά σ' ἐλευθερίης ὤδ' ἔχει τάφος. v. 1. codices omnes quos vidi, Florentina et Aldina prima ἐπικαίριον ἔχω, unde feci ἐπικήριον. Vide Heſych. in κηραίνει. BRUNCK. τῦτο μὴ ἔχω λέγειν ἐπικήριον σοι, Angl. *let not this too much afflict thee,—*

ANTIPATRI—I, 1. Ἐπτὰ πόλεις—] Vide Cicero. pro Archiâ poëtâ, cap. 8. et Leonem Allatium de patr. Homeri: item ſuprà in notit. Homer. ad p. 3. 326.

II, 3. Ημῦσεται δ' ἀμφοτέρων.] *amiſit autem utramque.* ἤμυσεται, non à verbo fictо ἀμύσσω, (ut vulgò putant,) ſed aor. 2. pro ἥμαρτε, ab ἁμαρτάνω, *à ſcopo aberro*, item *perdo.* Sæpè occurrit apud Homerum. Vide Iliad. χ, 279. π, 336. et alibi. ἀμνὸν λύκῳ, i. e. λύκῳ ἔπλετο ἀμνὸς, κ. τ. λ. πενίης ἄλετο βιοτόλιον, *periit armentum paupertatis*, i. e. *pauperis.*

5. Πυρσοῦται—] Ordo eſt: ὁ δὲ γε οἰκτρὸς λυγώσας ἅμμα κατ' αὐχένος ἱμάντι πυρσοῦται, Angl. *and the miſerable man having made a nooſe at his neck with the thong of his wallet*, or *with his belt*, κατθανὲ πὰρ' ἀμυκτῷ καλύβῃ, *died in his hut, where no lowings were heard.*

III, 1. Ὁ πρὶν ἐγὼ—] De Alcimene aucupe, qui dum fundâ petit aves, in altum ſpeculatus, ictus à dipſade periit. *Qui prius*, inquit, *ego Alcimenes et ſturnum* (ψῆρ, ψῆρος) *et rapacem arcebam*, abigebam *à ſemine, altivolantem Biſtoniam*, id eſt Thraciam, *gruem* (Eſt enim Biſtonia urbs Thraciæ) *corii* ſeu *lori*, χειμαντῆρος, *ſuſtinentis ſaxum, tortilia membra* [κῶλα, *brachia, habenas.* BRODÆUS.] *tendens, volucrum arcebam procùl nubem*, id eſt multitudinem. καί τις ἑτέτυφε διψὰς ἴχιδνα παρὰ σφυρὰ ἰνύσσα ἐκ γενύων τὸν πικρὸν χόλον σαρκὶ χέρσου μι ἠλίῳ, *cum quæpiam lethifera dipſas vipera juxta talos immittens ex mandibulis amaram bilem meæ carni, privavit me ſole.* OBSOPOEUS.

THEODORIDÆ—1. Ναυηγῷ τάφῳ ὑμί·] Hoc ita Latinum fecit celeber. Sam. Johnſon:

Naufragus hic jaceo; fidens tamen utere velis,
Tutum aliis æquor, me pereunte, fuit.

327. ΜΕΛΕΑΓΡΟΥ.] *Meleagri* poëmata, quæ Brunckius operis initio tradidit, hùc in ordinem temporis reduximus: in cæteris ejus ordinem ſecuti ſumus, qui non multum à temporum ratione abeſt. T. YOUNG.

I, 1. Εὔφοῖος πῆς—] In hoc epigrammate auctor, qui natione Syrus erat, ſed tunc temporis peregrè profectus ad Helleſpontum, naves alloquitur, quæ velis ferebantur ex Euxino per Helleſpontum, ſecundum oram Aſiæ inferioris, uſque ad Syriam. Ejus amica Phanium, quæ ad oram Cariæ degebat, ex adverſo Coûs inſulæ, ibi Meleagrum ſuum Helleſponto redeuntem anxiè expectabat. Nam, ut rectè obſervavit T. Young, " potuit Meleager prope Helleſpontum " eſſe, undè navibus præter Coa ituris ſecundus eſſet Boreas: " quod autem pedes iturus eſſet intelligi poteſt vel figurâ " poëticâ ob amoris violentiam, vel ut non ab Helleſponto " navigaret, ſed majorem viæ partem pedes iret. "—Immò totam viam, ſi Phanii domicilium non in inſulâ Co eſſet, ſed in continente ex adverſo. His ita intellectis totum epigr. rectè procedit; nec opus eſt ut, cum doctiſſimo Brunckio, indignabundi reſpuamus πεζοπόρος, quo pro πεζοπόρος repoſito, nihil, illo judice, juvatur ſenſus. " Qui enim, " interrogat ille, " è Tyro, aut altèro quovis continentis loco, in inſulam " pedeſtri itinere pervenire poterat? " Quæ jam diximus continent reſponſionem. Quin et ipſe Brunckius addit: " Profectò non è Tyro mandata hæc dedit; nam è Syriâ " vela in Helleſpontum facientibus ſecundus ventus non eſt " Boreas, quo flante illis in portu ſubſiſtendum eſt. " Quidni igitur mandata hæc dare potuiſſet ad Helleſpontum? Εὔφοῖοι νῆες πελαγίτιδες, *Veloces naves per mare tranſeuntes*, [εὔφοῖος et πελαγῖτις rarò occurrunt, eorum autem origo ſatis obvia eſt.] πόρος Ἑλλης eſt *Helleſpontus*. —ἦν σύ γ' ἴδηαι ἐπ' ἠόνων κατὰ Κῶαν νῆσον Φανίου δεκαμήνου ἐς χαροπὸν φύλακα, *ſicubi videretis in littoribus è regione Coæ inſulæ Phanion aſpicientem cæruleum mare*. Eandem hujus loci expoſitionem in mentem veniſſe Manſoni, apud Jacobs [Animadverſ. p. 95.] obſervo. " Manſo, " inquit hic, " ut difficultatem, " à Brunckio motam, expediret, interpretatur de Phanio *in* " *littoribus inſulæ Coo oppoſitis*, h. e. in littoribus Cariæ, " fortaſſe Harlicarnaſſi ſedente: "—quamquam aliter ipſe arbitratur; et in ſequentibus nihil vidit niſi hyperbolicam deſiderii ſignificationem. Sed ad priorem meam interpretationem adhæreo, ſuffragante nunc Manſone; cujus nuperam Carminum Meleagri editionem [*Jenæ*, 1789. *in* 8vo.] nondum vidi.

7. Εἰ

7. Εἰ γὰρ τῦτ' ἐιπειτ'] *ſi diceretis*—vult autem *ſi dicatis.* 327.
nonne ἂν ἐιπητ'; Vide Dawes Miſc. Critica. T. YOUNG.

*** Placet autem hic adjicere elegantem hujus epigrammatis interpretationem viri eruditiſſimi Bernardi Monetæ, quam non anteà vulgatam protulit Brunckius in Emendationibus ad ſua Analecta, Vol. iii. p. 313. et in quâ poëtæ ſententia optimè redditur, niſi in v. 3. ubi Phanion, quæ in continente eſſe debetur, ponitur in inſulâ.

Velivolæ pinus, quæcunque Aquilonis egentes
Helleſpontiacum finditis ære ſalum,
Si mea ſe vobis in Coo Phanion offert
Litore, venturas proſpicit undè rates,
Hæc illi pro me vos pauca: Quid anxia nautam
Expectas? peditem dux tibi fiſtet Amor.
Nulla mora, his dictis, Boreas à puppe ſecundus
Flabit, et ad portum lintea veſtra feret.

II, 1. Δάκρυά σοι—] Eſt hoc epigr. carmen elegiacum in Heliodoram mortuam, quam Meleager perditè amâſſe videtur; (uxorem ejus putat Obſopœus; filiam Valckenar. ad Phœn. p. 33. amaſiam Jacobs, p. 118.) et in hoc genere pulcherrimum quidem eſt. Ἡλιοδώρα δωρεῦμαι δάκρυά σοι τάφῳ ὑπὸ χθονὸς, κ.τ.λ. *Heliodora, dono lacrymas tibi infrà per terram,* &c. —νᾶμα πόθων, μνᾶμα φιλοφρονίνας, *fluentum amoris, monimentum amicitiæ.* [vulgò ſcribitur μνᾶμα in utroque loco.] —αἰόλῃ ſumitur adverbialiter.—ἐν φθιμένοις, *in mortuis.* —πῦ [ἐστι] τὸ ποθεινὸν θάλος ἡμέι; *ubi eſt amabile meum germen?* —κόνις ἔφυρε ἀνθεμαῖον ἄνθος, *pulvis inquinavit hunc vigentem florem.* ἀλλά σε γαῖρμαι, κ.τ.λ. *At, O mater Terra! quæ cuncta alis, te ſupplex oro leniter amplectare tuo gremio hanc omninò flebilem.*

III, 1. Οὐ γάμον,—] In Cleariften, quæ primâ nuptiarum nocte obiit, et accepit eoſdem tibicines ac tædas et faces ad lectum conjugalem et ſepulchrum. *Non nuptias, ſed orcum ſponſalem Clearifte accepit, virginitatis vincula cum ſolveret. Nuper enim veſpertinæ tibiæ* [de voce λαγὼς vide ſuprà ad Theocr. Idyll. xxiv. 45. p. 248.] *præ foribus nymphæ ſonabant, et thalamorum* (pro thalami) *plaudebant poſtes. Matutinus autem ululatus vociferabatur,* ἐν Ἅιδου, *quin etiam* (hac particulâ utimur rem aliquam exaggerantes) *Hymenæus ſedatus ſilentio in lugubrem cantilenam mutatus eſt. Eædem autem piceæ,* i. e. *tædæ* vel *faces lucem prætendebant,* (δαδοχεῖν eſt *præluceré,* vel *facem* ſive *funale præferre*) *juxta thalamum, et mortuæ ad inferos oſtendebant viam.* OBSOPOEUS; mutatis mutandis. Cæterùm ejuſdem ferè generis eſt iſtud

Shakeſperii: *—the funeral baked meats Did coldly furniſh forth the marriage tables.* Hamlet, Act. i.

---

328. ARCHIÆ—1. Θρῄϊκας—] Narrat Herodotus morem eſſe apud Trauſos, Thraciæ populum, ut ſimulac natus eſſet infans, propinqui eum circumſedentes ploratione proſequerentur, propter mala quæ vitam ingreſſus paſſurus eſſet, humanas omnes calamitates recenſentes: hominem autem defunctum luſu atque lætitiâ iidem inhumarent, quod malis liberatus in omni futurus eſſet felicitate. Lib. v. 4.

4. Ἀπροϊδὴς—Μοῖρα] *improviſa mors,* λάτρις Κηρῶν ἐμερδὲ, *miniſtra Fatorum, abſtulit.* Hoc autem epigr. ſic reddidit Hugo Grotius:

Thracum facta probo, qui tunc ſua pignora lugent,
Cum primùm cernunt de genetrice diem.
Contra felices celebrant, è limine vitæ
Quos improviſo turbine Parca rapit.
Innumeris nam vita malis fons eſt et origo:
At mors innumeris eſt medicina malis.

ANTIPATRI THESSALON.—1. Ἰσχετι χεῖρα—] Pulcherrimum eſt epigr. Antipatri, quod ad iſta mundi tempora alludit, quandò homines convivium apparare ſolebant, haud multo laboris impenſo. TAYLOR's *Elements of the Civil Law*, pag. 452. De inventione molarum undis motarum agit Salmaſius, [ad Script. Hiſt. Aug. T. i. p. 857.] ſtatuitque eam Antipatro, carminis auctori, Theſſalonicenſi puta, hoc eſt Ciceroni æqualem. REISKE. *Cohibete manum molæ, ô piſtrinariæ,—*Δηὼ γὰρ— *Ceres enim commiſit labores manuum Nymphis,*—&c. ὁ δ', *is autem* [axis ſcil.] *radiis ſuis tortilibus contorquet cava pondera quatuor lapidum molarium.*

ALPHEI—1. Χαμαιρόιοις—] Omnibus animantibus amorem et curam quandam eorum quæ procreârunt eſſe innatam, quam philoſophi τοκικὴν φυσικὴν appellant, Alpheus docet exemplo gallinæ, quæ hyberno tempore nive prorſùs obruta, tamdiu pullos ſuos alis texit et fovit, donec frigore eſt exanimata. —κατατακεῖσα, *dealbata.* τιθὴς ὄρνις, *manſueta avis*, i. e. *gallina.* ὑπναίους, *ſoporiferos.* μόρον— *donec ipſam cœleſte frigus peremit. Siquidem permanſit aëris reluctatrix cœleſtium nubium*, id eſt, *è cœleſtibus nubibus provenientis.* ORSOPOEUS. Nam pro Αἰθέρος ἐκ' αἰνῶν, vulgò legitur Αἰθέρος ἐκνεφίων.

5. Πρίκτα—]

5. Πρόκνη—] Ἡ μὲν τὸν Ἴτυν σφάξασα τὸν παῖδα, ἐργιζομένη τῷ πατρὶ· ἡ δὲ Μήδεια τοὺς παῖδας, διὰ Ἰάσονα γάμον. *Schol.* Increpat Procnen et Medeam, quæ omni naturali affectu et benevolentiâ exutæ, ſuos filios crudeliter occiderunt. OBSOP.

APOLLONIDÆ—1. Ἰχθυοθηρατῆρα] Meneſtratus piſcator captam Phycidem cum dentis occidere vellet, uti piſcatorum mos eſt, exiliens piſcis, gutturique illapſus hominem ſuffocavit. HUETIUS. Hoc epigramma ideò potiſſimum elegi, quòd duo ultimi verſiculi narratiunculam miram continent de quodam piſcatore, qui à piſciculo, quem morſu interficere conabatur, ſuffocatus eſt; quódque alias ejuſmodi hiſtorias recentiores, firmâ ſatis auctoritate comprobatas, inveneram. Caſûs hujuſce, hodiernis temporibus non ignoti, extat, præter alia, exemplum in celeberrimi Monroi Muſæo Anatomico in Academiâ Edinburgenſi, ubi Solea aſſervatur, quæ hujuſmodi mortem intulit. T. YOUNG. Ordo eſt: ἄγρα ἁλιομένη ἐκ ἰκτερίης τριχὸς δόναξ ὅλοσε ἰχθυοθηρατῆρα Μενέστρατον, *Præda, [i. e. piſcis quem capiebat] dum trahebatur ſetâ equinâ calami, perdidit piſcatorem Meneſtratum,* ὅτ' ἐρυθρὴ φυκὶς πλάτας ἀμφιχανοῦσα φάτνον εἶδας ὀξέιαν πάγην ἴδρεξι. *cum rubra phycis erratica hiatu complectens lethalem eſcam, acutum laqueum, coborruit.* ἁλομένη δ' ὑπ' ὀδοῦσι κατέβαλεν, *et, dum dentibus ejus captabatur, ipſum interfecit,* [ἁλομένη, quod poni videtur pro ἁλουομένη. Brunckius ſolus edidit; cæteri quos viderim libri ἁλυμένη vel ἀχνυμένη exhibent, ſed nullo idoneo ſenſu.] δυσαμένη λαιμῷ ἅλματι, *quum ſaltu violenti ſubiiſſet,* [Angl. *having entered, with a ſudden ſpring or jerk,*] ἐντὸς ὀλισθηρὸν φαρύγγων, *intra lubricum guttur.* Cæterùm de hoc piſce ita Plinius: "Mutat colorem *Phycis*, reliquo tempore candida, vere "varia. Eadem piſcium Sola nidificat ex algâ, atque in "nido parit." Ad quem locum ita obſervavit annotator Pariſienſis: "Piſcis eſt *percis* ſimillimus: unde et à vendi- "toribus perperam *Perche* nominatur." Tom. ii. p. 316. Edit. Paris. 1685.

329.

*** Extat aliud epigramma ſimilis argumenti, auctore Leonida Tarentino, [Br. Analect. Vol. i. p. 244.] quod, quia rem tam mirificam magis confirmat, hîc apponendum curavimus: una cum explicatione Vincentii Obſopœi, qui et addidit exemplum caſûs haud diſſimilis, qui ſuis temporibus in Germaniâ accidit.

Πάρμις ὁ Καλλιστώτου ἰπαλῆος πολυμυτὴς
Ἀνδρὸς, ἧ κίχλης ἧ σπάρου ἰχθυόλυνις,
Καὶ λάβρου πέρκης δολιάρπαγος, ὅσσα τε κοίλας
Σήραγγας, πέτρας τ' ἰμώδυνος νέμεται,

Ἀίξας

329. Αἶσις ἰκ πρώτης ποτ' ἰωλίδα πτερόεσσαν
Δακνάζων, ὀλαὴν ἕλκε ἀλὸς ἀρέμενος,
Ἐφθιτ'· ὀλισθρὴ γὰρ ὑπ' ἰχθὺς αἶξασα
Ωχετ' ἐπὶ σπιλὰν παλλαμένη φάρυγα.
Χὠ μὲν μαρίνδων ἠδ' δύναχθ· ἁλίσιφον τε
Εἶγὺς ἀπὸ πρώτου ἕλκε κυλινδόμενος,
Νήματ' ἀναπλώσας ἐπιμοίρια· τῷ δὲ θανόντι
Γρίπωνες γρίπιὸς τῦτον ἔχωσι τάφον.

In Parmidem piſcatorem, qui iulide piſce arundine extracto, et mordicùs apprehenſo, ac lubricitate in guttur illapſo præfocatus eſt. *Parmis* (inquit) *Callignoti* filius, *littoralis, ſummus piſcator*, κίχλης, i. e. *turdi piſcis*, ἠδ' σκάρου, *et ſcari*, [quem ex omnibus piſcibus Oppianus libro primo, et ruminare, et vocalem eſſe teſtatur. Plura ſuper hoc piſce vide in annotationibus Franciſci Maffarii Veneti.] —ἠδ λάβρου πίρκης, *et impetuoſæ percæ*, διλαιέπωγος, *eſcam rapientis, et quæcunque cava antra petraſque ſubmerſas depaſcunt, capturâ ex primâ, quando iulidem ſaxatilem mordicùs apprehendens, exitioſam è mari ſuſtuliſſet, periit. Lubrica enim quum è manu erupiſſet, intravit in anguſtum guttur, vibrando*, ſcil. ſe. *Et ille quidem prope funiculos, et arundinem, et hamos expiravit* (ἀπὸ ἕλκε πρώτου) *dum volveretur*, vel *volutatus, fila quum compleviſſet fatalia: illo autem mortuo piſcatore, piſcator hoc aggeſſit ſepulchrum.* Non diſſimili fato conſumptus ante annos aliquot in Germaniâ quidam ſacrificus piſcandi et natandi peritiſſimus, qui quum in manu in quodam profundo gurgite percam cepiſſet, orique inſeruiſſet, ut ad ſodales enataret, perca in gulam illapſa, miſerum ſacrificulum in manibus ſodalium nihil non tentantium exanimavit. OBSOPOEUS. Κίχλη eſt *labrus turdus* Linnæi; σκάρος *labrus ſcarus*; πίρκη *perca marina*; ἴουλις *labrus iulis*. T. YOUNG.

CRINAGORI—I, 1. Εἴαρος—] Crinagoras hîc roſas inducit blandè alloquentes formoſam quandam anonymam, die ejus natali, appropinquantibus nuptiis, tempore hyberno; et gaudentes tunc potiùs calyces ſuos rumpere, foliiſque ſuis pulcherrimæ mulieris tempora ornare, quàm verum expectare ſolem.

3. Σοὶ ἐπιμειδιάσαῖσα,] Conſtructio eſt: ἄσμενα σοὶ ἐπιμειδιάσαῖσα τῇδε γενθλίῃ ἠοῖ ἀσύτατη νυμφιδίων λιχίων. *libenter tibi arridentes tuâ hac aurorâ natali, lecto geniali proximâ.*

II, 1. Οθρυάδην.] Præponitur hoc epigrammate fortitudo cujuſdam Itali Othryadæ Spartano et Cynegiro, et omnibus bellicoſis;

bellicoſis; quod in Germaniâ ereptam ſignifero aquilam, iterùm hoſtibus extorſerit, adverſario interfecto. OBSOPOEUS. *μάλα Ὀθρυάδην, κ. τ. λ. Vocato, ſi vis, Othryadem Spartæ magnum decus, aut Cynegirum navalem pugnatorem, aut omnium res geſtas bellicas.* Omnia nimirùm exſuperat fortitudo Arrii.

5. *Αἰετὸν—] ὡς ἴδε αἰετὸν φίλα τρατῷ— ut vidit aquilam ſui exercitûs*, &c. *—αὖτις ἀνῆρεν— rurſùs exſiluit è mortuis in bello interemptis; et quum interfeciſſet illum qui eam ferebat, ſuis recuperavit ducibus, ſolus invictam conſequutus mortem.* Cæterùm de Othryadâ vide Herodot. Lib. i. et Suidam in voce. De Cynegiro, Juſtin. Lib. ii. et Herodot. Lib. vi. uti indicavit Obſopœus.

III, 1. *Αἶγά με—*] Verba ſunt capræ, quæ Cæſari lac præbuit, in hoc imitata capram Amalthæam Jovis alumnam. OBSOPOEUS. Sic autem conſtrue: *Καίσαρ γευσάμενός με τὴν εὔθηλον αἶγα πολυγαλακτοτάτην πασῶν ὅσαι ἔθρεψαν ἀρόλγυες ἰκάνουσιν, κ.τ.λ. Quum Cæſar me guſtâſſet capram mammoſam, omnium lacte abundantiſſimam quarumcunque ubera mulctrale evacuavit; poſtquam dulcem ſicut mel pinguedinem* lactis *intellexit, me etiam comitem in navi adhibuit. Forſan et ego ad aſtra ſtatim veniam; cui enim uber meum præbui, ille minor ne tantillum quidem eſt Ægiocho Jove.*

*** Imitatus eſt clariſſimus Sam. Johnſon, de caprâ Joſephum Banks (qui in hiſtoriam naturalem ejuſque ſtudioſos inſignia beneficia et contulit et confert) in longis navigationibus comitatâ. T. YOUNG. En verſiculos, ad quos alludit amicus noſter ingenioſus, ex operum Johnſoni editione quam procuravit Arthurus Murphy, [Vol. i. p. 185.] deſumptos:

VERSUS, collari capri Domini BANKS inſcribendi.

Perpetui ambitâ bis terrâ præmia lactis
Hæc habet altrici capra ſecunda Jovis.

LOLLII BASSI—1. *Μήτι με—*] Laudes mediocritatis, ubi ſententiæ occurrunt ferè eædem atque in Ode illâ notiſſimâ Horatii, quæ inſcribitur, Ad Licinium. *Rectius vives*, &c. 330.

4. *Καὶ μάλα—] et maximè menſuram quæ ſufficit ego amplector.* De Aor. vid. Vol. I. ad p. 19. n. 6.

6. *Εἴτι τινὶς—*] Totum epigramma eſt exquiſitum; ſed huic ultimo verſiculo ineſt aliquid, quod animum mirè permulcet.

GÆTULICI—1. *Παῖδα πατὴς—] πατὴς Αλκων ἀθρήσας παῖδα σφιγχθέντα κ.τ.λ. Pater Alcon filium conſpicatus conſtrictum*, &c.

5. *—περὶ*

5. —καὶ δηοῖ] ἔδνα φαίης κ.τ.λ *poſſis phœnetrum et hanc nutricem, monumentum et bonæ fortunæ, et in* [illegible] *peritiæ.*

ANTIPHILI—I, 1. Η πάρος.] Vulgò inſcribitur hoc epigr. Εἰς Διογένη. celeberrimum ſcil. philoſophum, cujus [illegible] ſatis nota.

2. Μάζα] πτιλοῖσα ὕδατι, *maza ſubacta aquâ.* Erat μᾶζα, farina ex hordeo imprimis toſto, ſubacta humore aliquo, aquâ ſcil. vel oleo, vel lacte, &c.—hic aquâ, ad detestandam paupertatem Diogenis. [Vide Vol. I. ad p. 49. n. 1.] Mavult Bruncknus φυραθῆσα quàm πτιλοῖσα.

3. —σοφῷ κυνὶ—] *ſapienti cani*, i. e. Diogeni philoſopho cynico, μητρὶ ἄρκια βίοιο, *quod ſatis eſt vitæ.* κἢν [i. e. κ' ἐν] τέτοις— *ſed etiam in his*, &c. Τί γὰρ σὺ μάτην, ὄρχαμε, ἐχθοφορεῦς; *Quid, teſta, mihi opus erat te onus ſupervacaneum portare?*

II, 1. Α καλὰ,] ἃ adverbium admirantis. Apes poëta alloquitur admirans earum in conficiendo melle induſtriam et dexteritatem. OBSOPOEUS.

2. Ἀπλαῖσι] Codices omnes et editiones antiquæ αἱ πλαῖσι χερῶν. Primus Stephanus κηρῶν. Aliam emendationem tentavi. ἄπλαιοι χερῶν, *manibus hominum non fictæ, ſed quas ſibi ipſæ conſtruunt apes, cellæ.* BRUNCK.

331. 5. —τόθι—] *ubi apis ſuavem fontem diſtillat*— ἀψιλὰς ἐξ ὀλιγῆ σκήπους, *abundè è parvo umbraculo.* [σκήπους, Dor. pro σκηπτὸς, ἀ σκῆπτος.] χαίρετ'— *gaudete ſanctæ, et in floribus paſcimini volucres nectaris ætherei confectrices.*

LEONIDÆ ALEXANDRINI—1. Μάτλις] Vituperat Leonides aſtrologos, tanquam vanos et falſa prædicentes, quorum obſtetrix fuerit inſipientia, mater vero audacia, quippe qui propriam ignobilitatem perſpectam non habeant. ἀπαίης. *vanæ.* μαιώτατο, *obſtetricata eſt* OBSOPOEUS. ἀκλέϊαν, *dedecus et infamiam veſtram.* BRODÆUS.

---

332. ARISTONIS—1. Ἀμπελὶς—] In hoc epigrammate deſcribitur quædam vetula vinoſa baculo innixa, quæ quum clam appropinquâſſet ad lacum muſti, poculum ingens ſecum afferens, quo vinum ex illo hauriret, ad poculum implendum ſe inclinans, præceps in lacum volvitur et extincta eſt. Ἀμπελὶς, nomen proprium, ἡ φιλάκρητος, *meri amans*, ἔδη ἐρεθομένη τὸ σφαλιζὸν

σφαλερὴν γήρας ἴσχι, κ.τ.λ. *jam labascentem suam senectam sustentans baculo vitæ duce,* ἦλθε λαθρηδὸν ἐπὶ πολλοῖς πῶμα λαγῦ Βάκχοιο, *ivit clam ad recens expressum laticem lacûs Bacchi,* [Angl. *went secretly to the newly prest liquor in a wine vat,*] πλησαμένη κυλωπτὴν κύλικα· *impletum immensam calicem.* Brunckius edidit—ἀπὸ λαγῦ—Πῶμα πιῶν κύπλῳ πλησαμένα κύλικα· et sic ad locum annotavit: "Depravatum est secundum "distichon, quod, etiamsi scripseris ἐπὶ λαγὸν, et πλησαμένη. non "undequaque emendatum erit. Scriptum in cod. πῶμα κύ- "κλῳ πιῶν. In his ulcus est:"—quod T. Young feliciſſimè sanavit, reponendo κυκλωπτὴν, [Angl. *huge, fit for a Cyclops.*] quod in lectionem codicis, κύπλῳ πιῶν, cujus nullus est sensus, facilè mutari posse putavit. κυ autem hîc brevis est. Vide Theocr. xi, 7. et Aristoph. Nub. 333. edit. Br. Cæterùm πῶμα, quod vulgo *operculum* sonat, idem est interdum ac πῶμα, *potus, liquor, latex:* uti ostendit H. Steph. sub voce πώμα· quod et ex analogiâ verum: nam πίνω, *bibo,* in perf. pass. est πέπωμαι vel πέπομαι. 332.

5. Πρὶν δ' ἀφύσαι—] *Sed antequam hauriret, vacillans manus defecit, atque illa, tanquam vetus navis demersa, merum subiit profundum. Euterpe autem ponendum curavit corpus defunctæ mulieris sub sepulchrum lapideum, vicinum locis apricis vinum redolentibus,* i. e. *vicinum vineæ.*

ARGENTARII—II, 1. Ἠράσθης πλουτῶν—] *Amore captus fuisti dives, Sosicrates.* Ubi notandum ἐρᾶσθαι in v. pass. ab ἐράω, *amo,* significare (non *amor* sed) *amore teneor.* [Vide Vol. I. ad p. 67. n. 2. et Coll. Gr. Min. ad 37. n. 1.] Sic autem hæc Latinè fecit celeberrimus Georgius Buchananus.

Dives eras, et amator eras: nunc pauper, amore
Es liber, præsens ô Medicina fames.
Quæ te delicias dulcemque vocabat Adonin,
Menophile, nomen nunc rogat illa tuum,
Qui genus? undè domo? jam te docet usus, opinor,
Quod cui res deerit, nullus amicus erit.

ÆMILIANI—1. Ἕλκει τάλαν, &c.] De matre, quæ ferro jugulata, infantem filium ad sugendum invitat. *Trahe, ô misselle, à matre, quam non ampliùs mammam emulgebis: trahito postremam scaturiginem mortuæ. Jam enim gladiis deficit spiritus, sed matris charitas et in inferno sobolem nutrire* vel *curare didicit.* OBSOPOEUS. Sequens Webbii versio Anglica laudatur in libello eleganti suprà citato: *Essay on the Principles of Translation,* p. 156. edit. 2dæ.

Suck, little wretch, while yet thy mother lives,
Suck the laſt drop her fainting boſom gives!
She dies:—her tenderneſs ſurvives her breath,
And her fond love is provident in death.

---

333. APOLLINARII—1. Αι μὲν ἀπίθα—] Hic ſignificat adulatorem in os aliquem laudantem, plus detrimenti afferre, quam detractorem. Notabis autem loquutionem Græcam, ἴδι κακῶς με λέγων. OBSOPOEUS. —ἰδὲν ἀδικεῖς με· Duriſſima cæſura,—quid ſubſtituam neſcio. T. YOUNG. H. Grotius ſic vertit:

Si de me abſenti loqueris malè, nil nocet: at ſi
Præſentem laudas, te malè ſcito loqui.

ONESTÆ—1. Αμβαίνων Ἑλικῶνα—] Commendationem laboris et ſedulitatis hoc epigr. complectitur: quod arduus labor ſapientiæ, dulciſſimum fructum hominibus non inſtrenuis retribuat. Verſiculi juvenibus diligenter diſcendi, quos ſic tranſtulimus:

Feſſus es aſcendens Helicona, ſed indè repletus
Dulcia Pegaſei pocula fontis habes.
Eſt ſophiæ via dura: ſed alta cacumina nactus,
Tandem Pieridum munere grata feres. OBS.

Sic Heſiodus; Oper. et D. 287, ſqq.

Τὴν μὲν γὰρ κακότητα καὶ ἱλαδὸν ἔστιν ἑλέσθαι
Ῥηϊδίως· ὀλιγη μὲν ὁδὸς, μάλα δ' ἐγγὺς ναίει.
Τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν
Ἀθάνατοι· μακρὸς δὲ καὶ ὄρθιος οἶμος ἐπ' αὐτὴν,
Καὶ τραχὺς τὸ πρῶτον· ἐπὴν δ' ἐς ἄκρον ἵκηαι,
Ῥηϊδίη δ' ἔπειτα πέλει χαλεπή περ ἐοῦσα.

LUCIANI—II, 1. Παῖδά με—] Puer loquitur, vetans ne quis ipſius mortem defleat, propterea quod tametſi parùm temporis vixerit, parùm etiam malorum hujus ærumnoſæ vitæ guſtaverit. Eſt epigramma multæ elegantiæ. OBSOPOEUS.

---

334. LUCILII—I, 1. Παὶ φιλοσκύλυγι.] In Marcum venatorem, qui, nullâ prædâ captâ, ipſos canes Pani et Nymphis ſuſpenſos dedicavit. φιλοσκύλυγι, *amatori cavernarum.* ἀγριφοιτάοι, *frequentantibus montes.* συοφόνιοι, *quibus apri interfecti ſunt. Idem.*

II,

II, 1. Ῥῖ[χος ἔχων—] *Tale quum roſtrum habes*, &c. Angl. *With ſuch a ſnout as that, do not thou go*, &c.

3. —ὁς Νάρκισσος,] De Narciſſo vide Coll. Gr. Min. ad p. 30. n. 22. Lepidiſſimum quidem epigr. Narciſſus ſe in fonte conſpicatus mortuus eſt: tu quoque, ſi idem facis, morieris, ſed ob cauſam toto cœlo differentem.

IV, 1. —ὁ ἰλιτικὸς—] *Medicus Marcus heri tetigit lapideum Jovem, et quamvis lapis et Jupiter eſt, hodiè effertur.* Contumelia acerba in malos Medicos.

CEREALII—1. Οὐ τὸ λέγειν—] Auctor hoc epigrammate carpit et deridet quendam rhetorculum, verba inuſitata, obſcura et obſoleta affectantem, dicens hanc non veram eſſe rationem declamandi; ſed oportere mentem verbis ſubjicere, et phraſin communiorem facere, ut quæ dicat ab audientibus intelligantur. Nam παράσημα, non *inſignia* hoc loco *verba* intelligenda ſunt, ſed *monſtroſa* potiùs, et *ignota*, et à quotidiano ſermone abhorrentia. OBSOPOEUS. 335.

2. —μιλιτᾷν] Hujuſmodi infinitivos fine ι ſubſcripto ſcribi volunt Grammatici quidam, inter quos doctus Gallicus Nov. Methodi auctor. [p. 227. Edit. Paris. 1754.] quia χρυσῶν, non χρυσοῖν. Sed libri omnes impreſſi contra hoc faciunt. T. YOUNG. εὐζήλως μιλιτᾷν, eſt *felici aliorum imitatione declamare*. κάρκαιρε, κοναβεῖ, σίζε, κιλάρυζε, verba ſunt Homerica; et ponuntur hîc, ut loquuntur Grammatici, materialiter. OBSOPOEUS. Hoc epigr. ſic imitatus eſt H. Grotius:

Itala protuleris ſi quinque recondita verba,
Non ideo prudens atque diſertus eris:
Nec Maro continuò fiet qui dicat aquaï,
Et cujum, quianam, forſit, *et* indigetes.
Mentem præcipuè poſcit ſibi pagina; verba
Talia, quæ poſſint abſque labore capi.

NICARCHI—1. Εἰς Ῥόδον—] De quodam quærente ex vate Olympico, num feliciter ſit in Rhodum navigaturus. Reſponſio ſatis evidens eſt; et continet falſam vituperationem aſtrologorum.

PALLADÆ—II, 1. Ὁ Ζεὺς—] Hoc ita reddidit H. Grotius: 336.

Ab Jove pro flammâ data nobis altera flamma eſt
Femina, at o ſi non illa, nec illa foret.
Sedari tamen illa poteſt citò; femina nunquam,
Undique inardeſcens, undique ſemet alens.

III, 1. Πᾶσαν Ὁμηρ—] Ita hoc vertit H. Grotius:

Femineum genus omne nocens. Ita cenſet Homerus:
Grande malum mœcha eſt, grande pudica malum,
Multas eſſe neces Helene dat adultera: verùm
Caſta dat et multas Penelopea neces.
Ilias immenſum carmen verſatur in unâ,
Unaque Odyſſeæ femina materia eſt.

337. VI, 1. Σκηνὴ πᾶς ὁ βίος,] Ita hoc expreſſit Sam. Johnſon:

Vita omnis ſcena eſt luduſque; aut ludere diſce
Seria ſeponens, aut mala dura pati.

VII, 1. Ἐλπίδες] Expreſſum videtur ex anonymo. Br. 673. T. YOUNG. Diſtichon anonymi ſic ſe habet:

Ἐλπὶς καὶ σὺ Τύχη, μέγα χαίρετε· τὸν λιμέν' εὗρον.
Οὐδὲν ἐμοὶ χ' ὑμῖν, παίζετε τοὺς μετ' ἐμέ.

Quod quidam ſic Latinè reddidit:

Inveni portum; Spes et Fortuna valete:
Nil mihi vobiſcum; ludite nunc alios.

---

338. AGATHIÆ—I, 1. Σπεύδων ἐς φιλίας—] Simulato quodam diſceſſu, dicit cognôſſe ſe amari ab amicâ ſuâ, his verbis. *Properans num amaret me perdiſcere pulchra oculis Ereuſios, tentabam cor illius figmento aſtuto.* OBSOPOEUS. *Ibo in peregrinam quandam, dixi, regionem. Manet autem, pulchra puella,* [ἀξιπ— Salmaſius repoſuit, è Vat. procul dubio, membranâ. Vulgò legitur λίξω· et in verſu præcedenti τινά που χθόνα, pro τιν', ἔφην, χθόνα. BRUNCK. ἄξιπους, per Syſtolen pro ἄξιπους, eſt epitheton pulchritudinis, quaſi dicas, *integer pedibus.* Sic Odyſſ. Θ, 310. καλός τε καὶ ἄξιπος, *pulcher et ſanus pedibus.* Sermo eſt de Marte, in oppoſito ad claudum Vulcanum, et minùs formoſum.] *noſtri recordationem habens amoris.* Vel, ut T. Young, *Mane integra, noſtrique amoris memor.*

6. —καὶ ὑπαλύσας βόστρυν ἔρυξε κόμης,] ἔρυξε, licentiâ pro ἔρρυξε. T. YOUNG. *et benè compoſitæ cincinnum diſcerpſit comæ.*

7. —ἐγὼ δὲ—] *ego autem.* τις ὡς βραδύπειθὴς, *ut qui ægrè perſuaſus fuerim.* [Sic Theocr. i. 85. —δύσερός τις—καὶ ἀμύχανος ἐσσί.] ἄμμασι θρυπτομένῳ— *oculo delicato annui me manſurum. Felix quod ad amorem ſum: γὰρ ἔδωκα ἐς μεγάλην χάριν τοῦτο τὸ πάλαι ἱμειρόμενον ἐνίσσαι.* [Brunckius ante πάλαι ſubaudit μᾶλλον.] Angl. *For I granted, as a great favour, what of all things I was eager to accompliſh.*

II,

II, 1. Σοὶ. μάκρας—] *Tibi, beate capripes, in locum editum* 338.
prope littus, hircum hunc aliquis dedicavit, *O duplicis dux venationis,* marinæ ſcil. et terreſtris. ἀγίτα, Dor. pro ἡγίτα, ab ἡγέτης, *dux.*

2. Τὸν τράγον,—] Hæc ex certiſſimâ emendatione viri longè omnium doctiſſimi R. Perſon repoſui. MS. τὸν τράγον ὦ δὶς σᾶς ἀγατ' ἀθηροσύνας. Br. τὸν τράγον ἐκ διστᾶς ἄνθετο θηροσύνας. Subauditur autem ἀνέθηκέ τις— nempè *in littore ſuſpendit.* T. YOUNG.

3. —καστορίδων—] καστορίδες ſunt *canes Spartani, canes Amyclæi;* nam Amyclæ urbs Laconica in qua educati Caſtor et Pollux. ἴδε eſt vox Homerica; 3. ſing. aor. 2. inferto ν, pro ἴδε, Æol. et mutato ſpiritu pro ἴδε, à verbo ἄδω, unde ἀνδάνω, *placeo.* [Vide Iliad. ξ. 340. ϱ. 640. et Odyſſ. π, 28.] ἐν ῥοθίοις, *in undis.* καλαμευτὴς κάμνων, *piſcator laborans.* πεισμα μογιερῶν σαγηνοβόλων, *funis eorum qui cum ærumnâ jaciunt ſagenam.*

7. Ἄνθετο ἦ Κλεόνικ⊙,] *Cleonicus autem ille* erat qui *dedicandum curavit*— hircum ſcil. ſupradictum; [ἄνθετο ſine augm. pro ἄνεθετο· et in voce med. ἀνατίθεμαι reddi poteſt *dedicandum curo.*] ἔπει ἦ ἦνυτ πόντιον ἄϑρεν, *quoniam ille perfecit venationem marinam, et lepores ſæpè ſectabatur.*

PAULI SILENTIARII—I, 1. Οὔτι ῥόδον—] Pulcherrimè Propertius: [Lib. i. Eleg. ii.] *Quid juvat ornato procedere vittâ capillo? Et tenues Coâ veſte movere ſinus? Aut quid Orontea crines profundere myrrha?* &c. T. YOUNG. Et pulcherrimè Thomſonus: [Autumn, v. 204.] —*Lovelineſs Needs not the foreign aid of ornament, But is, when unadorn'd, adorn'd the moſt.* Quod putat T. Young è Plauto expreſſum: *Pulchra mulier nuda, erit quàm purpurata pulcrior.* Moſt. Act. i. Sc. iii, 131.

2. —λιθοβόλητον,] λιθοβόλητοι κεφαλαὶ ſunt *vittæ* vel *redimicula lapidibus pretioſis, ſeu gemmis, ornata.* Vide Vol. I. ad p. 99. n. 5.

3. —ὐδὶ—] Ordo eſt: ὐδὶ χρυσὸς κομίζει ἀγλαΐην σῆς ἀπιλήτου τριχὸς.

5. —ὑάκινθος] *hyacinthus*, nomen floris et herbæ, eſt etiam, 339.
ut hìc, nomen gemmæ coloris hyacinthini. Ἰνδὴ ὑάκινθ⊙, *Indica gemma:* de qua vide Plin. Lib. xxxv. cap. 6.

6. —τιῶν] Pro σῶν· λογάδες, *oculi.* Vide Suidam et Heſychium hac voce. BRUNCK.

8. —κεστὸς ἵμερ Παφίην.] *Ceſtus eſt Veneris.* Vel *ſunt Ceſtus Veneris.* i. e. hæc quæ proximè memorantur eandem habent poteſtatem quam Ceſtus Veneris; vel revera ſunt quæ Homerus

... appellat. [Vide Iliad. Σ. 214.] De ... (Ed. Tyr. v. 9. p. 113.

... πᾶσι—] *Omnibus hic ego opprimor: ... desolescer, in quibus blanda quædam spes degi.* ... epigramma reddidit H. Grotius:

Nec ... dulce ... nec ... decore
... reticuit ...
... hac est tu ... at ...
... flava comæ.
... radios hyacinthus, ab Indis
... est oculis sed minor ille tuis.
... eburneam ... et roscida labra,
Hæc Venere ... cestum, si vocas, jure vocas.
Omnibus ... ;
Confilii ... sine tibi ... undique ...

II, 1. ... —] Hoc est ... elegantem ... unquam hæc ... pulchris ... ; Anthol. ... interpretatur H. Grotius.

... ait, ... sed in ... tu ...
Nec ... flos ... ;
... :
Tam subitò victor, tam ... eris
... in vita pariter ... , dolori
... qui novit lætitiæque modum.

III, 1. Καλὰ τὰ παρθένια—] Ita hoc reddidit H. Grotius:

... bonos: sed vita periret,
Si foret in cunctis virginitatis amor.
... uxorem facia tibi: sic dabis orbi
... hominem, purus turpis adulterii.

Atque ita Sam. Johnson:

Pulchra est virginitas intacta; at vita periret,
Omnes si vellent virginitate frui.
Nequitiam fugiens, servatâ contrahe lege
Conjugium, ut pro te des hominem patriæ.

IV, 1. ... μοι.] τί ἐστι τοῦτο; an ut intelligatur—... T. Young. Certè, vel tale aliquid. Sic ... hic ... vanas et magnificas inscriptiones, quæ sæpè ad... cinerum custodibus " obscurorum hominum. ... p. 324.